quam canonice adeptus fuerat, aliquandiu pacifice possedisset, ea postmodum per Philippum militem de Columbis absque ordine iudiciario uiolenter est spoliatus, quam monachi de sancto Firmundo[4] minus licite detinent occupatam, super qua re cum predictus G. a prefatis monachis coram Herefordensi episcopo et priore Riualensi[5] de mandato apostolico traheretur in causam, predictus G. dolose circumuentus predictam ecclesiam pecuniae[6] interuentu abiurauit; quoniam igitur huiusmodi transactiones illicitae speciem continent[7] simoniae, discretioni uestrae per ap. scripta mandamus[8], quatinus inquisita diligentius ueritate, si uobis ita esse constiterit, predictum G. ab illicito iuramento absoluentes, memoratam ecclesiam cum fructibus inde perceptis amoto quolibet illicito[9] detentore contradictione et appellatione cessante sibi[10] restitui faciatis.

3. Alex. III. abbati de Staforde et priori de Helesby. *Veniens ad apostolicae — cogatis.* (1159—81.) Ja. 9162. = c. 8. X. (1, 36.)

4. Lucius III. Ormensi (Noruicensi?) ep. P. C.: Tua nos. *Preterea quando — inuenire.* (1181—85.) Ja. 9671. = c. 9. X. (1, 36.)

5. Celestinus III. P. C.: Bonae memoriae. *Preterea quarto loco — putetur.* Ep. ad prior. et capitul. Dehum. (1191—98.) Ja. 10260. 10448. 10740. (una decretalis est.) = c. 10. X. (1, 36.)

TIT. XVII. DE OFFITIO ADVOCATORUM.

Un. Celestinus III. uniuersis iudicib. Beneuentanis[1]. Ut in ciuitate uestra diminui possit et attenuari materia iurgiorum et iudiciorum integritas reseruetur, ad commune commodum ipsius ciuitatis id duximus statuendum. Sancimus igitur et presenti pagina prohibemus, ne quis uestrum aduocatus esse presumat, nisi in propria causa, uel fortasse si alicui ecclesiae, pro[2] alicuius munificentiae debito ad impendendum patrocinium fuerit obligatus.

TIT. XVIII. DE PROCURATORIBUS.

1. Alex. III. *Querelam A. — differatis.* (1159—81.) Ja. 9264. = c. 2. X. (1, 38.)

2. Celestinus III.[1] Si matrimonii causa possit[2] per procuratorem expediri, nos tua duxit prudentia[3] consulendos. Hic[4] autem decernimus[5] distinguendum, quod si in causa ipsa[6] matrimoniali questio criminaliter uentilatur[7], et ob eandem ab aduersa parte criminaliter[8] sit agendum, non per interpositam personam, sed per ipsam principalem[9], causam matrimonii terminari oportet, cum sicut iura testantur, presens presentem accusare debet[10] et se talionis uinculo obligare. Secus autem in causa matrimoniali[11], in qua[12] non criminaliter agitur[13], credimus[14] procedendum; securius tamen ageretur[15], si cum haberi possit principalium presentia personarum, ipsis presentibus in utroque ad diffinitionis[16] calculum procedatur.

3. Clemens III. *Ex insinuatione — decernatis.* (1187—91.) Ja. 10267. = c. 3. X. (1, 38.)

TIT. XIX. DE HIS QUE VI METUSVE CAUSA FIUNT[1].

Un. Clemens III. *Ad aures — irritanda.* Ep. Alex. III. Torcell. ep. (1159—87.) Ja. 10261. 10266. (una decretalis est, nec Clem. III.) = c. 3. X. (1, 40.)

TIT. XX. DE ARBITRIS.

1. Alex. III. Eborac. Archiep. *Non sine multa — compellas.* (1159—81.) Ja. 8953. = c. 2. X. (1, 43.)

2. Alex. III. Exoniensi ep. *Peruenit ad nos — conuenire.* (1159—81.) Ja. 8983. = c. 3. X. (1, 43.)

Lib. I. Tit. XVI. 2. 4) Frimundo: *i;* Firmino: *Sa* 5) Valen.: *Sa;* de Malen.: *b* 6) *add.:* datae: *Sa* 7) obtinent: *cdgi* 8) precipimus: *Sa* 9) ill.: *deest: ad* 10) sibi: *deest: dg*

Tit. XVII. Un. 1) *Gilb. auct.* 1. (1, 17.) (1191—98.) *Ja.* 10675. 2) uel pro: *cdgi*

Tit. XVIII. 2. 1) Clem. III.: *abcgi; Gilb. auct.* 2. (1, 18.) *Cod. Hal.; Luc. ap. Baluz.* III. 383. 386. (1191—98.) *Ja.* 10681. — *Cantuariensi aepo.* 2) ualeat: *U Luc.* 383. 3) fraternitas: *a Luc.* 386. 4) super hoc autem sic credimus dist.: *Luc.* 386. 5) decreuimus: *bciSa* 6) prima: *Luc.* 383. 7) uentiletur: *Luc.* 386. 8) crim.: *deest: Luc.* 383. 9) personam princ.: *i Luc.* 383. 10) debeat: *U Luc.* 383. 11) criminali: *ac;* non criminali: *bU Luc.* 386.; *deest: Sa* 12) qua potest agi per procuratorem si: *b* 13) agimus: *cgU Luc.* 383; *add.:* sed ciuiliter: *cdg* 14) non cred.: *Sa* 15) agetur: *Sa* 16) diffinitiuae sententiae: *U Luc.* 383.

Tit. XIX. 1) que metus causa: *cgi*

LIBER SECUNDUS.

TIT. I. DE IUDICIIS.

1. Clem. III. clero Constantinop. *Auctoritate ap. — inuitis.* (1187—91.) Ja. 10205. = c. 4. X. (3, 7.)
2. Alex. III. abbati de Euesham. *Causam que uertitur — suscitare.* (1159—81.) = c. 9. X. (2, 1.)
3. Cel. III. *Cum non ab homine — inferatur.* Clem. III. Nidros. archiep. (1187—91.) Ja. 10274. 10678. 10739. (una decretalis est.) = c. 10. X. (2, 7.)
4. Celest. III. Winton. ep. et abb. S. Albani. *Quia V. — iudicaretur.* Alex. III. (1159—81.) Ja. 9210. = c. 11. X. (2, 1.)

TIT. II. DE FORO COMPETENTI.

1. Alex. III. *Licet uniuersis — terminetur.* Alex. III. (1159—81.) Ja. 9039. = c. 23. X. (2, 20.)
2. Alex. III. *Ex transmissa nobis — imponas.* (1159—81.) Ja. 9154. = c. 6. X. (2, 2.)
3. Alex. III. *Verum quoniam — terminetur.* (1177—81.) Ja. 9320. = c. 7. X. (2, 2.)
4. Lucius III. *Cum sit generale — conuenire.* (1181—85.) Ja. 9687. = c. 8. X. (2, 2.)
5. Celestin. III. *Quod clericis — preualere.* (1191—98.) Ja. 10737. = c. 9. X. (2, 2.)

TIT. III. DE MUTUIS PETITIONIBUS.

Un. Celestin. III. Rothomagensi decano. *Prudentiam tuam debita — respondere.* (1191—98.) ap. Bessin. Conc. Rotomag. II, 36. — Ja. 10710. = c. 2. X. (2, 4.)

TIT. IV. DE DILATIONIBUS.

Un. Celestinus III. P. C.: Plerumque. abb. Vizeliac. *Preterea in tuo petitorio — imponendum.* (1193.) Ja. 10445. = c. 2. X. (2, 8.)

TIT. V. DE FERIIS.

1. Alexander III.[1] Significantibus nobis uiris religiosis fratribus Cistrensis[2] ordinis accepimus, quod cum eorum famuli et mercenarii quibusdam[3] diebus, quos alii solempnes habent, laborant, archidiaconi, decani, presbiteri de quorum parochiis sunt, eis sententiam excommunicationis propter hoc intentare presumunt. Quoniam igitur super[4] hoc non debent tanta pena multari, fraternitati tuae[5] per ap. scripta mandamus, quatinus omnibus archidiaconis, decanis, presbiteris uestrae iurisdictionis artius prohibere curetis, ne in famulos uel[6] mercenarios predictorum fratrum, pro eo quod ipsi et idem fratres diebus illis laborant, quos alii solempnes habent uel excommunicationis uel interdicti sententiam ferre presumant. Si uero contra prohibitionem uestram[7] uenerint, et sententiam eorum[8] appellatione remota denuntietis irritam et inanem et ipsos pro transgressione non differatis ecclesiastica seueritate punire.
2. Alex. III. Terdonensi Archiep. *Quoniam in parte — responsum.* (1159—81.) Ja. 9169. = c. 2. X. (2, 9.)
3. Alex. III. Trituriensi Archiep. et eius suffrag. *Licet tam — utantur.* (1159—81.) Ja. 9178. = c. 3. X. (2, 9.)
4. Clemens III. *Capellanus tuus — celebrari.* Ad Abulens. ep. (1187—91.) Ja. 10242. = c. 4. X. (2, 9.)

TIT. VI. DE CAUSA PROPRIETATIS ET POSSESSIONIS.

Un. Celestin. III. P. C.: Bonae memoriae. *Ad ultimum — respondemus.* (1193.) Ja. 10742. 10740. 10448. (una decretalis est.) = c. 2. X. (2, 12.)

Lib. II. Tit. V. 1. 1) Exon. ep.: *b*; *Alan.* 1. (2, 3.) (1159—81.) 2) Cisterciensis: *T* 3) in quib.: *bgi* 4) propter: *T* 5) uestrae: *bT* 6) et: *T*; *deest*: *dg* 7) nostram: *abdg* 8) latam in eos: *b*

TIT. VII. DE RESTITUTIONE SPOLIATORUM.

1. Alex. III. Cantuar. Archiep. *Conquerente nobis — terminandam.* (1159—81.) Ja. 8862. = c. 7. X. (2, 13.)

2. Alexander III. Parisien. Episcopo et Abbati S. Remigii et Decano Meldensi[1]. Conquestus est nobis R.[2], quod cum ecclesiam de Alde[3] canonice adeptus fuisset et aliquamdiu pacifice[4] possedisset, eam[5] postea per oppressionem H. de Cliueant[6] iniuste amisit. Unde discretioni uestrae mandamus[7], quatinus si uobis constiterit, predictum R. in prelibata ecclesia fuisse canonice institutum et iniuste spoliatum, nisi eam postea spontanee abiurasse altera pars legitime probauerit, eam cum fructibus[8] inde perceptis restitui faciatis.

3. Idem Ambianensi et Beluacensi episcopis. *Ex transmissa nobis — exercere.* (1159—81.) Ja. 8825. = c. 8. X. (2, 13.)

4. Alex. III. Exon. ep. et abb. de Forden. *Cum uenisset — terminetis.* (1159—81.) Ja. 8998. = c. 9. X. (2, 13.)

5. Celest. III. *Grauis nos querela — infringi.* (1191—98.) Ja. 10685. = c. 11. X. (2, 13.)

TIT. VIII. DE EO QUI MITTITUR IN POSSESSIONEM CAUSA REI SERVANDAE.

1. Alexander III. Abien. Episcopo[1]. Prior et monachi Siluae maioris suam ad nos querimoniam transmiserunt de O., qui paludes et stagna, que predecessores eius contulerant, ab[2] eisdem fratribus per uiolentiam abstulit, que cum ab eo repeterent, idem O. ad proximum purificationis festum preteritum appellauit. Ideoque fraternitati tuae[3] mandamus, quatinus causam audias et appellatione remota debito fine decidas. Si uero idem O. uel uxor eius aut heredes eius, si quos habet, si[4] idem O. profectus est Ierosolimam, ad presentiam tuam accedere uel iudicio tuo parere contempserint, predictos fratres in eorum possessionem, de quibus questio uertitur, appellatione remota inducas. Si autem nuncius predictorum fratrum diem preuenit[5] appellationis, nolumus per istas litteras alteri parti preiudicari uel ullum[6] obtinere[7] uigorem.

2. Clemens III. episcopo et Archidiac. Abrinc. et priori de Luc. *Cum sicut accepimus — processuri.* (1187—91.) Ad ep. Abrinc. (Avranches) et prior. de Lucerna. Ja. 10188. = c. 2. X. (2, 15.)

TIT. IX. UT LITE PENDENTE NIL INNOVETUR.

1. Alex. III. Eboracensi Archiep. *Memoria nostra — habere.* (1159—81.) = c. 1. X. (2, 16.)

2. Celest. III. *Laudabilem — potest.* Senonensi Archiep. (1191—98.) Ja. 10735. 10733. 10744. (una decretalis est.) = c. 3. X. (2, 16.)

TIT. X. DE PROBATIONIBUS.

1. Alex. III. *Sicut consuetudo — sancimus.* (1159—81.) Ja. 9256. = c. 2. X. (2, 19.)

2. Gregorius VIII. Preposito S. Cataldi et Archiep. Casae maioris (leg.: Archipresbit. Casalis maioris [Casale maggiore.]) *Proposuisti nobis — adhibenda.* (1187.) Ja. 10015. = c. 4. X. (2, 19.)

3. Clemens III. P. C.: Bonae memoriae. *Tertio quippe — censendum esse.* (1187—91.) Ja. 10260. 10448. 10740. (una decretalis est.) = c. 5. X. (2, 19.)

4. Clem. III. Aquilonati ep. *Iurauit quidam — possit.* (1187—91.) Ja. 10190. = c. 6. X. (2, 19.)

TIT. XI. DE EXCEPTIONIBUS.

Un. Celestin. III. P. C.: Laudabilem. *Denique quod in — uidetur.* (1191—98.) Ja. 10735. = c. 1. X. (2, 25.)

Lib. II. Tit. VII. 2. 1) *Alan.* 2. (2, 5.) (1159—81.) *Ja.* 9111; Idem: *ab* 2) *add.:* clericus: *b* 3) Aldi: *T* 4) in pace uel pacif.: *b* 5) et eam: *i;* eandem: *adg* 6) Delineant: *ad;* de Linea: *T;* Clineant: *g;* Dolensis: *b* 7) *add.:* per ap. scripta: *adgi* 8) frugibus: *T*

Tit. VIII. 1. 1) Albensi: *i;* Ab. ep.: *deest: T; legendum fortasse:* Albiensi; *Alan.* 1. (2, 7.) (1159—81.) *Ja.* 8824. 2) ab: *deest: T* 3) *add.:* per ap. scripta: *ab* 4) si id. O.: *deest: adg* 5) preuenerit: *abd* 6) nullum: *aci* 7) obt. easdem litteras: *T*

TIT. XII. DE TESTIBUS.

1. Ex Conc. Maticensi. *Placuit sancto — ieiunus.* Capitul. Aquisgran. (809.) c. 6. = c. 1. X. (2, 20.)

2. Alex. III. Marco Cardinali. *Super eo quod — dissolui.* (1159—81.) Ja. 9232. = c. 22. X. (2, 20.)

3. Clemens III. *Series tui — omittas.* (1187—91.) Ja. 10248. = c. 26. X. (2, 20.)

4. Celest. III. P. C.: Laudabilis. *Preterea cum — confirmabit.* (1191—98.) Ja. 10733. 10735. 10744. (una decretalis est.) = c. 27. X. (2, 20.)

5. Alex. III. Firmano ep. *In litteris — deierare.* (1159—81.) Ja. 9000. = c. 24. X. (2, 20.)

TIT. XIII. DE TESTIBUS COGENDIS.

1. Clem. III. Segotiensi (leg.: Seguntino) episcopo. *Peruenit ad nos — adhiberi.* (1187—91.) Ja. 10227. 10272. = c. 5. X. (2, 21.)

2. Clem. III. P. C.: Significauit. *Ceterum quod — fateatur.* (1187—91.) Ja. 10265. 10721. = c. 6. X. (2, 21.)

3. Celest. III. P. C.: Significauit. *Preterea si testes — interuallum.* Videtur Clem. III. (1187—91.) esse. Ja. 10265. 10271. — Ja attribuit Cel. III. 10745. = c. 7. X. (2, 21.)

TIT. XIV. DE FIDE INSTRUMENTORUM.

1. Alex. III. *Ex litteris quas — incunctanter.* Ad Vigorniens. et Coventrens. epp. scr. (1159—81.) Ja. 9212. = c. 3. X. (2, 22.)

2. Alex. III. Eboracensi Archiep. *Accepimus litteras — tenere.* (1181.) Ja. 9350. = c. 4. X. (2, 22.)

3. Celest. III. abbati S. Facundi. *Contingit interdum — fiat.* (1191—98.) Ja. 10691. = c. 5. X. (2, 22.)

TIT. XV. DE PRESUMPTIONIBUS.

1. Alex. III. *Peruenit ad audientiam — remota.* (1159—81.) Ja. 9044. = c. 4. X. (2, 21.)

2. Alex. III. *Litteris tuae fraternitatis — maneat.* (1159—81.) Ja. 9236. = c. 12. X. (2, 23.)

3. Alexander III. F.[1] Decano et magistro R.[2] canonico Remensibus. Cum causam, que uertitur inter P. ciuem Remensem *etc. et infra*[3]. Si uobis constiterit, quod litterae, quas predictus P. portauit[4] et nos sub sigillo nostro uobis[5] transmisimus, de conscientia Ambianensis[6] non fuissent compositae, que omnino uidentur suspectae pro eo quod in eisdem uitium grammaticae artis continetur, in expensis[7], quas idem presbiter ad nos ueniendo fecit sepedictum P. condempnetis[8].

TIT. XVI. DE IUREIURANDO.

1. Alex. III. Norwic. ep. P. C.: Consuluit. *Illud etiam — admittantur.* (1159—81.) Ja. 9083. 9015. = c. 6. X. (5, 31.)

Lib. II. Tit. XV. 3. 1) Fulconi: *U Luc.* 2) R.: *deest: dg;* Idem *simpliciter: b; Luc. ap. Bal.* III, 382; *Cod. Hal. Ja.* 9136. (1159—81.) 3) Cum causam, que inter P. ciuem Rhemensem et A. presbiterum super quadam domo diutius est agitata, uenerabilibus fratribus nostris Abianensi et Siluanensi episcopis commisissemus fine debito terminandam post commissionem ipsius causae predictus presbiter ad presentiam nostram accessit, asserens quod non fuit illis duobus ita commissa, quod si uterque iudicio interesse non posset, alter in negotio procederet, et spatium quadraginta dierum, intra quod preceptum fuerat causam decidi iam esse elapsum, Siluan. tamen inconsulto Abianensi in causa ipsa processit, et contra eam sententiam tulit. Cumque uobis in mandatis dedissemus ut si ita esset sententiam reuocaretis et causam ex integro audientes decideretis, memoratus P. cum litteris predictorum episcoporum ad nos ueniens a nobis obtinuit, quod sententiam excommunicationis quam prefati episcopi in eundem presbiterum, sicut eorundem litterae continebant, protulerant, nihil tale suspicantes, ratam habuimus et firmam et eam precipimus inuiolabiliter obseruari. Tandem autem cum causa ipsa deberet discuti, et predicto P. asserente, quod presbiter non esset audiendus, donec ab excommunicatione absolueretur, et illo respondente, quod a nobis fuerat absolutus et ab eo requisitum fuisset, si suae absolutionis litteras recepisset, se asseruit non habere; uerum duos produxit presbiteros, qui dixerunt se interfuisse ubi eum fecerамus absolui, et hec iuramento parati erant monstrare. Unde uenerabilis frater H. Rhemensis archiepiscopus, cui mandauimus, ut sententiam daret, obseruari huic rei supersedit et presbiter diuina celebrauit, donec prefatus P. a curia nostra reuersus litteras nostras detulit, in quibus archiepiscopo iniungebamus, ut sententiam prescriptam faceret teneri. Nunc autem utroque ad presentiam nostram accedente, presbiter constanter asseruit, quod Siluan. secundum mandati nostri tenorem sine Abianensi non potuisset negotium definire. Aduersarius eius uero asserebat, quoniam Siluan. de assensu Abianensi negotium terminasset. Nos igitur ex assertione dilecti filii I. tenentes, quod eum absoluisset, eum remittimus absolutum, ideoque dilectioni tuae mandamus, quatinus cum ex mandato requisiti fueritis, utramque partem ante presentiam uestram conuocetis, quod si ambo interesse non possent, alter nichilominus exequeretur, aut si terminus quadraginta dierum de ... nec de consensu partium postea fuerit productus, sententiam ipsam reuocetis et causam ex integro audientes, eam concordia, uel iustitia mediante sine personarum acceptione uel gratia diffiniatis: — *Luc.* 4) nobis port.: *giU* 5) uob.: *deest: ad* 6) *add.:* episcopi: *iU* 7) expensas: *Luc.* 8) Ceterum si ita etc.: *U Luc.*

2. Lucius III. Noruicensi ep. *Tua nos duxit — excludantur.* Alex. III. (1159—81.) Ja. 9091. = c. 11. X. (2, 24.)

3. Urban. III. *Sicut ex litteris — priuetur.* Abbati S. Stephani Carnotens. (1185—87.) Ja. 9890. = c. 13. X. (2, 24.)

4. Gregorius VIII. uniuersis Christianis. *Ex administratione — cogatis.* (1187.) Ja. 10011. = c. 1. X. (2, 24.)

5. Clemens III. W. regi Sicil. *Veritatis amica — immunem esse.* (1188—91.) Ja. 10279. = c. 14. X. (2, 24.)

6. Celest. III. Brundus. ep. P. C.: Cum non ab homine. *Verum in ea — puniendi.* Clem. III. (1187—91.) Ja. 10274. 10739. 10678. (una decretalis est.) = c. 15. X. (2, 24.)

7. Celestinus III. P. C.: Significauit[1]. Item si quis iurauerit, ut acciperet aliquam in uxorem et ipsum postea penituerit iurasse, per censuram ecclesiasticam compellendus est, ut si aliud canonicum non obstat[2], ipsam accipiat, quam iurauerit[3], nisi forte cum alia postea legitime per uerba de presenti contraxerit. Tunc enim de fide mentita et iuramento uiolato penitentiam agat[4] et cum secunda manebit.

8. Celestinus III.[1] Linconien. Episcopo et de Thanie[2] et de Labrire[3] Abbatibus. Constitutus in presentia nostra, *etc. et infra.* Quo circa discretioni uestrae per ap. scripta mandamus precipiendo[4], quatinus inquiratis super his diligentius ueritatem, et si uobis constiterit de premissis, a supradicto presbitero, prout iuramento tenetur[5], faciatis memoratam ecclesiam resignari, facta uero resignatione prefatum G. Bocl.[6] per districtionem ecclesiasticam appellatione postposita compellatis, ut ecclesiam eandem sibi ipsi restituat cum congrua recompensatione[7] fructuum perceptorum, ipsum pro tantae presumptionis[8] audacia taliter punientes, quod pena docente suum recognoscat excessum et alii qui audierint attemptare[9] similia pertimescant.

TIT. XVII. DE PRESCRIPTIONIBUS.

1. Alex. III. P. C.: Cum sint homines. *Illud autem te — tenebit.* (1159—81.) Ja. 9007. 9253. = c. 8. X. (2, 20.)

2. Alex. III. Siracusano ep. *Quia indicante — seruata.* Gregor. I. (597.) Reg. VII, 39. — Ja. 1117. = c. 9. X. (2, 26.)

3. Lucius III.[1] Significauit nobis W. clericus de Cotosinor[2], quod cum ecclesiam ipsam canonice sit adeptus et per XXX. annos et amplius in pace possederit, S. clericus, qui pluribus benefitiis ecclesiasticis[3] dicitur habundare, ipsum obtentu quarundam litterarum, quas a sanctae recordationis Alexandro papa predecessore nostro dicitur impetrasse, ea[4] occasione, quod filius sit illius, qui proximo[5] in eadem ecclesia ministrauit, trahens[6] in causam multipliciter inquietare presumit. Quia igitur iniustum est et absonum rationi, ut idem W. eadem ecclesia, ex quo in ea per[7] tot tempora dicitur fuisse, debeat tali occasione priuari, discretioni uestrae per ap. scripta mandamus, quatinus si que premisimus, ueritate noueritis subnixa, ipsum a memorato clerico talis occasionis obtentu non dimittatis super ecclesia ipsa aliquatenus molestari, sed faciatis eum[8], sicut iustum uideritis, eam[9] pacifice possidere.

TIT. XVIII. DE SENTENTIA[1] ET RE IUDICATA.

1. Alexander III. abbati Leicestriae[1]. Dilecti filii nostri abbas et fratres monasterii sancti Efulbri transmissa nobis insinuatione monstrauerunt, quod cum A. clericus super ecclesia de Aleton[3], que ad predictum monasterium dicitur

Lib. II. Tit. XVI. 7. 1) *Gilb. auct.* 4. (2, 16.) (1191—98.) *Ja.* 10747. 2) obsistat: *Sa* 3) iurauit: *Sa* 4) penam accipit: *Sa*

8. 1) Idem: *abd;* Clemens III.: *c* 2) Thame: *gT* 3) La.: *d;* Labrite: *c;* Salabri: *b*; Labr.: *T; Alan.* 3. (2, 12.) *Ja.* 10696. (1191—98.) 4) prec.: *deest: abcd* 5) tenentur: *gi* 6) Bod.: *dT;* Bocal: *b* 7) compensatione: *T* 8) temeritatis uel pres.: *b* 9) perpetrare: *i*

Tit. XVII. 3. 1) *Alan.* 3. (2, 13.) *Ja.* 9661. (1181—85.) 2) Cotoniorum: *ad;* Cothosmoti: *g*; Cothosmori: *i;* Dosmorum: *b* 3) eccl.: *deest: bg* 4) cum ea: *bgi;* cum occas.: *c* 5) proxime: *i* 6) trah. eum: *bc* 7) prout dicitur per tot temp. seruiuisse: *b* 8) eum: *deest: abd* 9) eum: *ad*

Tit. XVIII. 1) sententiis: *gi*

Tit. XVIII. 1. 1) S. Albani et S. Mariae (S. Mar.: *deest: O*) Leyc. abbatibus: *iO; Appdx.* XLII, 2; *Alan.* 6. (2, 13.) *Ja.* 8819. (1159—81.) 2) Ebrulsi: *ac;* Ebulsi: *b;* Edulphi: *i;* Ebuilfi: *g;* Ebessi: *O* 3) Althasi: *b;* Alitione: *d;* Aliton: *O;* Aleone: *T;* Cartelun: *i*

pertinere, eis questionem mouisset, tacita ueritate[4], non contra eos[5], sed contra quendam uicarium[6], quem in eadem ecclesia constituerunt, ad uenerabilem fratrem nostrum episcopum Wigorniensem litteras impetrauit; cum autem idem episcopus predictum uicarium una cum eodem A. ante suam presentiam conuocasset, uicarius ipse ac prior predicti[7] monasterii, qui casu ad partes illas accesserat, memorato episcopo dixerunt, quod idem uicarius super predicta ecclesia conueniendus non erat, cum eam non suo, sed abbatis nomine possideret, quare[8] ipse exinde absente abbate et ignorante respondere[9] nullatenus tenebatur. Unde ad nostram appellauit presentiam, sed predictus episcopus, quod uix credere possumus, appellationi non deferens, abbate absente et ignorante et ad[10] respondendum non citato, ecclesiam ipsam predicto A.[11] adiudicauit, in quo facto predictus abbas et fratres asserunt se grauatos esse. Quia uero sollicitudini nostrae incumbit uiris ecclesiasticis et precipue religioni deditis et honestati iura sua integra seruare, et id, quod inter alios sit[12], aliis[13] non preiudicare nec[14] nocere debet, discretioni uestrae per ap. scripta mandamus, quatinus partibus ante uestram presentiam conuocatis, si uobis ita esse constiterit, predicto[15] abbati et fratribus predictam[16] ecclesiam cum fructibus inde[17] perceptis, amoto eo, qui in eadem ecclesia intrusus[18] est, nostra freti auctoritate et[19] occasione et[20] appellatione cessante restitui faciatis, restitutione autem facta, si de proprietate forte agere uoluerint, causam audiatis, et eam[21] sublato appellationis remedio terminetis.

2. Alexander III. Eborac. Archiepiscopo et Exonien. episcopo et abbati de Herfor.[1] Quoniam quidam[2] pridem canonicus de Prigilen.[3] in nostra presentia constitutus, aduersus priorem suum incontinentiae uitium et quod eius electio canonica non fuit[4], in audientia nostra proponeret[5], nos causam uenerabili fratri nostro episcopo N.[6] et abbati[7] de Fontibus cognoscendam commisimus et terminandam, *etc. et infra.* Horum omnium experientiae uestrae cognitionem committimus, per[8] ap. scripta mandando uobis precipientes, quatinus post harum susceptionem litterarum utramque partem ante presentiam uestram conuocetis, aut ad locum illum pariter accedentes, qualiter supradicti iudices in eadem causa processerunt[9] et[10] ueritatem inquirere studeatis, et si uobis constiterit eos a predictis fratribus iuramentum, quod prediximus[11], recepisse[12] et antequam eos audirent supradictum priorem absoluisse, uos supra dicto W. expensas, quas ad nos ueniendo et a nobis redeundo fecisse dignoscitur, integre de supradicta ecclesia restitui faciatis, nichilominus[13] causam ipsam super his omnibus[14] que supra diximus, audientes per fratres iuratos, ueritate plenius cognita, quod uobis iustum uisum fuerit exinde[15] contradictione et appellatione cessante iudicetis. Verum si predictos iudices inueneritis iuramentum prescriptum a prefatis fratribus recepisse et post eorundem iuratorum depositiones prefatum priorem absoluisse, nolumus hoc suscitari[16], sed absolutionem eius ratam et firmam habentes, predictum W. uel aliquem eorum, qui tunc stabant contra priorem super illis uel aliis capitulis nullatenus audiatis. Si uero in aliquem eorundem fratrum, postquam predictus W. protectioni Romanae ecclesiae ac nostrae se[17] supposuit et ad nostram audientiam appellauit, aliquam sententiam eundem priorem constiterit protulisse, eam decernatis auctoritate apostolica non tenere, nisi idem prior, sicut prefati iudices significauerunt, ab eis absolutus quemquam ipsorum alicui sententiae pro correctione subiecerit.

3. Alexander III. Conuentren. Episcopo et Priori de Chiuillae[1].

Lib. II. Tit. XVIII. 1. 4) tac. uer.: *deest: T* 5) eum: *bT* 6) *add.:* A.: *T* 7) dicti: *O* 8) quia: *i;* quasi sibi exinde: *O* 9) respondente episcopo: *O* 10) ad resp.: *deest: O* 11) W.: *acgOT;* clerico: *i* 12) actum sit: *O* 13) alii: *dg* 14) uel. noc. non deb.: *O* 15) prefato: *O* 16) prescriptam: *O* 17) iam: *cdiT* 18) institutus uel intrus.: *b* 19) et: *deest: bT* 20) et: *deest: ad* 21) *add.:* mediante concordia uel iudicio: *O*

2. 1) ep. et: *deest: acgi; Alan.* 3. (1, 11.) *Ja.* 8956. (1159—81.) 2) W.: *h;* quid.: *deest: ad;* pridem: *deest: c* 3) Prigileuen: *bgi;* Brigilen: *T* 4) fuerit: *iT* 5) proposuit: *T* 6) de P.: *i;* archiep. N.: *T;* uen. . . . N.: *deest: g;* ep. N.: *deest: abcd* 7) dil. filio abb.: *i;* Winton.: *b* 8) et per: *i* 9) processerint: *abg* 10) et: *deest: bT* 11) diximus: *ad* 12) suscepisse: *i* 13) et nichil.: *bT* 14) omn.: *deest: T* 15) omni: *T* 16) irritari (hoc: *deest*): *T* 17) eos: *i*

3. 1) Idem: *abd;* Cheuille: *adg;* Theuillae: *i; Alan.* 4. (1, 11.) *Ja.* 8923. (1159—81.)

Causam, que uertitur[2] inter P.[3] clericum et R. presbiterum super ecclesia sanctae Mildeburgae[4] de Millesan[5], et abbati de Euesham[6] et tibi fili prior de Chiuille commisimus audiendam et fine debito terminandam, eo tenore sicut meminimus, ut si uobis constiterit[7], predictum clericum a predicta ecclesia per manum laicam fuisse eiectum uiolenter, et presbiterum prenominatum in eadem fuisse intrusum, amoto intruso, eidem clerico ecclesia ipsa cum fructibus inde perceptis restitueretur[8]. Cum autem utraque partium ante presentiam uestram constituta fuisset, predictus clericus, sicut ex litteris uestris percepimus, institutionem suam[9] et uiolentam per manum laicam eiectionem et partis aduersae intrusionem multorum tam laicorum quam clericorum iuramento prestito probauit[10]; e contra predictus presbiter dicebat, se in eadem ecclesia fuisse institutum canonice, adiciens[11], quod iam dictus clericus filius esset sacerdotis eius, qui in eadem ecclesia ministrauit[12], unde eam sibi adiudicauimus, existimantes[13] eum proxime patri suo successisse, cum indignum sit et sacris canonibus obuium, ut filius patri succedat in ecclesiastico benefitio[14]. Post latam uero sententiam eodem clerico instantius nobis supplicante, quamuis sententia contra eum tacita ueritate lata fuisset, nos tamen[15] solita sedis apostolicae clementia misericorditer agentes, discretioni uestrae per ap. scripta mandamus, quatinus rei ueritatem diligentius inquiratis, et si uobis constiterit aliquam personam medio tempore memoratam ecclesiam, ut prelibatum est, tenuisse, et eundem[16] clericum suam possessionem et uiolentam per manum laicam eiectionem et partis aduersae intrusionem probasse, sibi omni occasione et appellatione cessante ecclesiam ipsam cum fructibus inde perceptis restituatis, et[17] ipsam faciatis eum pacifice possidere.

4. Lucius III. Wig. ep. P. C.: Ex litteris. *Super eo autem — diligenter.* (1181—85.) Ja. 9679. = c. 2. X. (5, 20.)

5. Clem. III. *Tenor litterarum — parentelam.* (1190—91.) Ja. 10286. = c. 10. X. (2, 27.)

6. Clemens III. Foroiulien. ep. *Consanguinei — imponendam.* (1188—91.) Ja. 10281. = c. 11. X. (2, 27.)

TIT. XIX. DE APPELLATIONIBUS.

1. Alex. III. *Consuluit nos — abstinere.* (1179—81.) Ja. 9331. = c. 29. X. (2, 28.)

2. Alex. III. Ianuen. ep. *Ad hec sicut — mandatur.* (1159—81.) = c. 30. X. (2, 28.)

3. Alex. III. *De Priore — perpetrare.* (1159—81.) Ja. 8938. = c. 31. X. (2, 28.)

4. Alexander III.[1] Super eo, quod a nobis tua fraternitas requisiuit, utrum appellationi, quam quis metu litterarum, quas ab aduersario suo a sede nostra audierit impetratas, interposuit, omnino sit deferendum, et an nullae partes sint iudicis, ad quem per aduersarium eius qui appellauit, litterae[2] fuerint[3] a nobis impetratae, tuae respondemus discretioni, tali nullatenus fore deferendum appellationi; eam namque uerisimile est frustratoriae[4] dilationis causa fuisse interpositam.

3. Alex. III. uniuers. abbatib. *Quia nos elegit — defendendo.* (1169.) Ja. 7767. = c. 32. X. (2, 28.)

6. Alex. III. *Ad aures — fatigari.* (1159—81.) Ja. 8939. = c. 33. X. (2, 28.)

7. Alex. III. Abulen. ep. *Ad audientiam — usurpare.* (1159—81.) Ja. 8837. = c. 34. X. (2, 28.)

8. Lucius III. Bath.[1] Episcopo et Abbati de Abanden.[2] et Priori sanctae Fridae. Ex conquestione B. clerici, *et infra.* Quoniam igitur ea, que sunt contra ecclesiae disciplinam, ratio postulat emendari, discretioni uestrae per ap. scripta mandamus, quatinus si quod asseritur[3] noueritis ratione subniti[4], prefatum R. a predicta ecclesia sublato appellationis obstaculo faciatis amoueri, et eandem B. predicto[5], si ydoneus fuerit, assignari, non obstantibus litteris nostris

Lib. II. Tit. XVIII. 3. 2) uertebatur: *T* 3) C.: *adg*; N.: *T* 4) Milburgae: *acd* 5) Misselan.: *i* 6) Beuesan: *d*; Beuasan: *a*; Tusean.: *g*; Euesnam: *T*; Vesan: *i*; Vasan: *c* 7) constaret: *T* 8) restituatur: *abdg* 9) suam canonicam: *acdi* 10) comprobauit: *bc* 11) *add*: et probans: *b* 12) proximo min.: *bcgi* 13) estimantes: *bgT* 14) ben. in quo pater proximo noscitur ministrasse: *ci* 15) autem equitate pensata et sol.: *b*; tamen equitatis et sol.: *T*; de solito: *ai* 16) perc. eidem: *dgi* 17) et . . . poss.: *deest: acdi*

Tit. XIX. 4. 1) Idem: *abd*; (1159—81.); *Gilb. auct.* 3. (2, 18.) 2) tales litt.: *ci* 3) fuerunt: *adi* 4) frustationis dilationisque: *ad*

8. 1) Terracon.: *b*; Bracuren: *c*; Barch.: *i*; Bathon: *T* 2) Habend.: *a*; Abendone: *d*; Abbed.: *b*; *Alan.* 13. (1, 11.) *Ja.* 9654. (1181—85.) 3) asseris: *ad* 4) ueritate subnixum: *b* 5) prefato: *i*

pendente appellatione a sede apostolica impetratis. Si autem R. rationabile impedimentum non ostenderit, quia non sit appellationem interpositam prosecutus, eum in expensas necessarias condempnetis appellatione remota alteri parti.

9. Clemens III.[1] Significauit nobis tua fraternitas, quod quidam in prouincia tua uocati aliquando ad iudicium uenire contempnunt, et pro contumacia sua per te uel per[2] aliquem suffraganeorum tuorum uinculo anathematis innodantur. Tandem uero ad se redeuntes, offerunt se ad iustitiam et quod iuri pareant iuris iurandi uolunt religione firmare. Sed ne ante decisionem causae a sententia possint excommunicationis absolui, pars aduersa appellationis obstaculum interponit. Sunt insuper alii, qui excommunicati se iuramento prestito iustitiae stare promittunt, sed post absolutionem suam diffugiunt et appellant. Super his igitur[3] fraternitati tuae duximus respondendum, quod absolutio predictorum, qui pro eo, quod conuenire[4] noluerint[5] ad[6] causam excommunicationis sententiam receperunt, prohibitione seu appellatione aduersae partis impediri non potest, dum modo parendi iuri sufficientem prestent et idoneam cautionem. Illi uero, qui iureiurando promittunt se iustitiae parituros et per appellationis obstaculum subterfugiunt, nisi infra conuenientem terminum appellationem[7] fuerint prosecuti, a te cogi possunt et debent, ut sicut iurauerunt[8], appellatione remota iuris pareant equitati.

10. Clemens III.[1] Tenor litterarum tuarum apostolatum nostrum edocuit, quod cum nobilis quidam C. de episcopatu tuo recepto a predecessore tuo primario lapide, oratorium in stadio suo construxit[2], et cum ad instantiam eius paratus esses consecrationis munere illud insignire, ab alio nobili fuit, ne procederes in eius, ut creditur[3], odium appellatum. Tu autem uolens appellationi prout fraternitatem tuam decuit, cum humilitate deferre et a consecratione abstinuisti et terminum ei, infra quem debeat[4] prosequi appellationem, prefixisti. Cumque appellationem sit ille nullatenus prosecutus et annus sit[5] a die appellationis elapsus, fundator dictus[6] consecrationem[7] dicti oratorii a te cum instantia petere non omittit. Quia uero presumendum uidetur, eum uere[8] propter grauamen uel oppressionem aliquam in sui iuris dispendium appellasse, cum uoluntatem non habuerit infra prefixum sibi terminum super appellationis causa procedere, presertim cum de iure communi anni spatium appellantibus sit indultum, intra[9] quod inter[10] se communiterue litem exerceant, per[11] ap. scripta mandamus, quatinus si ita processum cognoueris, sicut ipsarum habuit[12] continentia litterarum, cum exinde fueris requisitus, prescriptum oratorium appellatione cessante reddas munere consecrationis insigne.

11. Clem. III. *Cum in ecclesia — consistet.* Lugdun. Archiep. (1187—91.) Ja. 10211. = c. 38. X. (2, 28.)

12. Clemens III.[1] Licet appellationis remedium ad[2] leuamen inuentum fuerit oppressorum[3], nonnulli tamen clerici tuae fraternitati subiecti, sicut accepimus, ad appellationis diffugium malitiose recurrunt, et dum examen tui iudicii temere subterfugiunt, contingit sepius, ut non solum ipsi, sed etiam alii, qui ab huiusmodi culpa sunt[4] penitus immunes, ad seculare iudicium protrahuntur[5], unde fit, ut pro calumpniosis a laicis[6] innocentes prolixius molestentur. Nos igitur tantae incommoditati clericorum uolentes pastorali sollicitudine prouidere[7] et laicis ipsis[8] auferre materiam sigillandi[9] clericos uel eos sub eorum iudicio cohercendi, tibi nos super hoc consulere curanti taliter duximus respondendum, ut si cuiuslibet clerici tibi subiecti questio fuerit ad tuam fraternitatem delata, et quod in questione uertitur, XL.[10] solidorum ualentiam non attingat, clerico[11], qui ex hoc ad sedem, apostolicam duxerit appellandum, necessitatem tibi non imponimus de-

Li b. II. Ti t. XIX. 9. 1) *Gilb. auct.* 4. (2, 18.) *Ja.* 10236. (1187—91.) 2) per: *deest: dg* 3) igit.: *deest: dg* 4) quod cum uenire: *i:* quod uenire: *abcd* 5) noluerunt: *Sa* 6) ad iudicium uel ad: *b* 7) appellatio fuerit prosecuta: *Sa* 8) iurauerint: *cgi*

10. 1) Idem: *bd: Gilb. auct.* 5. (2, 18.) *Ja.* 10241. (1187—91.) 2) construxerit: *bSa* 3) credis: *bei* 4) deberet appellationi prefixisti: *Sa* 5) sit: *deest: Sa* 6) predictus: *i* 7) predictam cons.: *Sa* 8) non: *abd* 9) infra: *Sa* 10) secundum: *giSa* 11) fraternitati tuae per: *i* 12) habuerit: *Sa*

12. 1) Idem: *abd;* Clem. III.: *i; Gilb. auct.* 7. (2, 18.); *Luc. ap. Bal. Misc.* 3, 375. (Cremonensi ep.) *Ja.* 10443. (1193.) 2) ad . . . molest.: *deest: Luc.* 3) *add.:* ipsorum: *Sa* 4) sint: *bi Luc.* 5) pertrahuntur: *Sa* 6) causis sepius a laic.: *b;* calumpn. intentationibus: *Sa* 7) precauere: *Luc.* 8) ips.: *deest: ad* 9) subsigillandi: *c;* subgillandi uel uexandi: *b* 10) LX.: *Sa* 11) attingit clericorum . . . duxerint: *Sa*

ferendi, quominus si malueris causam ipsam sine appellationis obstaculo ualeas terminare, nisi manifesta contra te causa suspicionis fuerit ostensa[12].

13. Clem. III. *Directae nobis — terminare.* (1187—91.) Ja. 10277. = c. 39. X. (2, 28.)

14. Celest. III. P. C.: A nobis. *Preterea requisiti — impedire.* Clem. III. Rotomag. dec. (1193.) Ja. 10446. 10743. (una decretalis est.) = c. 40. X. (2, 28.)

15. Celestinus III.[1] Quia requisisti a nobis[2] fili preposite quid agendum, sit quando prebendam in ecclesia tua[3] uacare contigerit[4], cum plures ex hiis, qui nominati[5] sunt ibi, in uocem appellationis erumpant[6], interdicentes expressim[7], ne ad electionem cuiuslibet procedatur[8], consultationi tuae taliter respondemus, quod si appellationem, quam interponunt infra quadraginta dies prosecuti non fuerint, procedendum est postmodum appellatione nullius obstante ad canonicam electionem personae ministerio[9] ecclesiae competentis.

16. Clem. III. P. C.: Prudentiam. *Secundo requiris — abstineat.* Rotomag. dec. (1191—98.) Ja. 10710. 10269. (una decretalis est.) = c. 41. X. (2, 28.)

17. Celestin. III. *An sit deferendum — censemus.* (1191—98.) Ja. 10680. = c. 42. X. (2, 28.)

18. Celestinus III. H. Cant. Archiepiscopo[1]. Appellationis inhibitio, secundum quod existimas[2], irrita esse uidetur, si cum incidens questio quelibet a[3] conuento in iure per exceptionem opponatur[4], ei nichilominus liceat appellare. Nos uero ita sentimus[5], quod si talis fuerit questio incidens, sine qua principale negotium terminari non poterit[6], nisi forte in ea[7] remedium appellationis expresse uetetur, supersedendum est a cognitione principalis negocii, nec in causa principali sublato appellationis obstaculo usque quaque uacuum esse dignoscitur, cum si non accesserit[8] incidens[9], suum absque impedimento causa prosequatur effectum.

19. Celestinus III. Senogalen. Episcopo[1]. Licet sit appellantibus deferendum, ut sanctorum canonum[2] approbant instituta, non tamen usque[3] adeo est appellantibus effrenata licentia relinquenda, motus[4] iudicis euadendi, quod[5] ea, que correctione indigent, in aliorum et[6] appellantium detrimenta incorrecta remaneant, uel[7] alterius ius esse oporteat diutius in suspenso, uel ei debeat aliquod preiudicium generari. Quo circa, uenerabilis in Christo frater episcope felicis recordationis C. papae predecessoris nostri uestigiis inherentes, caritati tuae[8] presentibus litteris auctoritate apostolica duximus indulgendum[9], ut cum a tuis subditis ad[10] sedem apostolicam fuerit appellatum, licitum sit tibi ecclesiastica censura cogere appellantem, ut infra XX.[11] dies post appellationem interpositam iter arripiat ad sedem apostolicam ueniendi. Quod si forte facere noluerit, extunc in ipso negocio procedendi appellatione non obstante, nisi appellans impedimento canonico fuerit impeditus, liberam facultatem habeas.

TIT. XX. DE PEREGRINANTIBUS.

Un. Celest. III. Abiensi ep. *Conquerente I. — incunctanter.* (1191—98. Ja. 10672. = c. un. X. (2, 29.)

TIT. XXI. DE CONFIRMATIONE UTILI VEL INUTILI.

Un. Celest. III. *Bonae memoriae — haberetur.* Clem. III. (1187—91.) Ja. 10448. 10740. 10742. Cel. III. attribuit. = c. 3. X. (2, 30.)

Lib. II. Tit. XIX. 12. 12) Dat. Later. Ao. III.: *Luc.*

15. 1) Idem: *bd; Gilb. auct.* 8. (2, 18.) *Luc. ap. Bal. Misc.* III, 386. *Cod. Hal.* Caesaraug. ep.: *U Luc.;* Clemens III.: *U; Ja.* 10679. (1191—98.) 2) a nob.: *deest: Sa* 3) tua: *deest: acdgi U* 4) contingit: *bg* 5) numerati: *Luc. U* 6) erumpunt: *ib.* 7) expressis: *i;* expresse: *Luc.* 8) procedant: *Luc.* 9) obsequio et min.: *Sa*

18. 1) *Alan.* 14. (1, 11.) *Ja.* 10749. (1191—98.) 2) estimas: *cg* 3) a: *deest: T* 4) opponitur: *c;* proponatur: *b* 5) *add.:* uel sancimus: *b* 6) possit: *i* 7) eis: *b;* eo: *cd* 8) accessit: *dg* 9) incid. questio: *bci*

19. 1) Idem: *bd;* Clemens III.: *Alan. auct. additam. Ja.* 10713. (1191—98.) 2) patrum probant: *Ta* 3) usque: *deest: Ta* 4) metu: *bc;* metus: *agi* 5) quia: *b;* ut: *Ta* 6) non: *gi; deest: Ta* 7) uel . . . suspens.: *deest: Ta* 8) inher. tibi pres.: *Ta* 9) indulgemus (pres. . . . dux.: *deest*): *Ta* 10) subd. etiam fuerit.: *b;* ad sed. ap.: *deest: acd* 11) XXX.: *bc*

LIBER TERTIUS.

TIT. I. DE COHABITATIONE CLERICORUM MULIERUM[1].

Un. Lucius III. ex Conc. Magunt. *Vestra duxit deuotio — sacramenta.* (1181—85.) Ja. 9666. = c. 7. X. (3, 2.)

TIT. II. DE CLERICIS CONIUGATIS.

1. Alex. III. P. C.: Causam. *Sane sacerdotes — habere.* (1159—81.) = c. 4. X. (3, 3.)

2. Celestinus III.[1] Ea est apostolicae sedis preminentia, ut[2] ad ipsam ab ecclesiarum prelatis et etiam aliis ministris ecclesiarum in dubiis recurratur et[3] id super his inuiolabiliter obseruetur, quod eius fuerit arbitrio diffinitum. Ex tua siquidem[4] nobis est parte propositum, quod cum B. clericus puellam quandam per uerba de presenti legitime desponsasset, ante quam eam cognouisset carnaliter, contra statutum Romanae ecclesiae legatorum de non recipiendis uxoratis in[5] ecclesiae tuae canonicis promulgatum[6], a bonae memoriae predecessore[7] tuo, ignorante[8] illum coniugali uinculo copulatum in ecclesiae tuae canonicum est promotus, qui prebendam ipsius ecclesiae detinere contendens, mulierem ipsam traducere pretermittit[9], qua de causa puella illa cum instantia magna requirit, ut uel ei uir suus reddatur uel ei nubendi alii sine alicuius contradictione licentia tribuatur. Super quo fraternitati tuae duximus respondendum, ut si res ita se habet, memoratum clericum, qui fraudulenter ecclesiae tuae[10] benefitium prebendae adeptus est, eodem benefitio priues, et ad uxorem suam, a qua taliter separari non potuit, redire compellas. Super alio etiam articulo responderi[11] tibi a sedis apostolicae oraculo postulasti, quod uidelicet, cum ab ecclesiae Romanae legatis fuerit institutum, ut uxorati non deberent[12] de cetero ad sacros ordines promoueri, quidam clerici[13] post promulgationem constitutionis illius, recipere ordines sacros presumpserunt et uxores suas detinere contendunt, de quibus tuae fraternitati consulimus et mandamus, ut eis executionem ordinum interdicas et benefitia etiam ecclesiastica subtrahere non omittas. Debent enim pro meritis penam reportare, qui[14] scienter contra statuta[15] legatorum apostolicae sedis ausu temerario uenire presumunt.

TIT. III. DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS IN ECCLESIA PREBENDARIA.

1. Alex. III. Eborac. Archiep. *Fraternitati tuae — recipere.* (1159—81.) Ja. 8944. = c. 5. X. (3, 4.)

2. Alex. III. Lingon. ep. *Conquerente nobis — remota.* (1159—81.) Ja. 9052. = c. 6. X. (3, 4.)

3. Celest. III. *Ex parte uestra — facultatem.* (1191—98.) Ja. 10701. = c. 8. X. (3, 4.)

TIT. IV. DE PREBENDIS[1].

1. Alex. III. Ianuen. Archiep. *Cum non ignores — habere.* (1159—81.) Ja. 9028. = c. 15. X. (3, 5.)

2. Alexander III. Helien. Episcopo P. C.: Veniens[1]. Ceterum si memoratus P.[2] clericus in aliis ecclesiis uicarias habet et etiam ecclesiasticos redditus, de quibus possit[3] commode sustentari, eum[4] a uicaria prescriptae ecclesiae de Gest.[5] confirmationis nostrae litteris non obstantibus appellatione cessante re-

Lib. III. Tit. I. 1) de uita et honestate cleric.: *b; add.:* de uita et honestate: *i*

Lib. III. Tit. II. 2. 1) Clemens III.: *b; Gilb. auct.* 1. (3, 2.) *Ja.* 10726. (1191—98.) 2) ut cum: *Sa* 3) et: *deest: Sa* 4) quidem: *acdgi* 5) in: *deest: adgi* 6) est prom.: *cida* 7) antecessore: *Sa* 8) ignorantem: *i* 9) praemittit: *i* 10) tuae: *deest: ad* 11) respondere: *Sa* 12) debeant: *b;* debent: *g* 13) *add.:* contra canonem: *b* 14) quia: *i* 15) statutum canonum et: *b*

Tit. IV. 1) *add.:* et dignitatibus: *b*

2. 1) Idem: *abd;* Eborac.: *ad;* Ab.: *g; Alan.* 1. (3,4.) *Ja.* 8960. (1159—81.) 2) I.: *b; deest: ad* 3) posset: *ab* 4) eum: *deest: abcd;* ipsum: *T* 5) Gestune: *T;* tali loco: *acdgi*

moueas et eandem ecclesiam eidem P. restituere non postponas, dummodo uelit et debeat in presbiterum ordinari et per semetipsum in eadem ecclesia domino seruire[6].

3. Celestinus III.[1] Ad audientiam nostram peruenisse cognoscas, quod cum[2] in tua prouincia et in aliis etiam Teutonicae terrae consuetudo nimium peruersa[3] conualuit[4], quod uidelicet prepositi et alii, quibus secundum morem terrae noscitur attributa[5] potestas, in loco decedentium personarum[6] personis aliquibus assignandi prebendas quandoque proprios filios, quos[7] in sacris ordinibus constituti genuerunt, substituunt decedentibus. Per quod sepe contingit, uno eodemque[8] tempore patrem et filium in eadem ecclesia ministrare et prouentus accipere prebendarum[9]. Preterea commutationes prebendarum et dignitatum quidam ex clericis[10] contra Turonensis statuta[11] concilii temeritate propria non uerentur facere. Nolentes igitur hec incorrecta[12] relinqui mandamus[13], quatinus per totam prouinciam tibi subiectam auctoritate nostra et tua prohibeas, ne talia ulterius attemptentur. Quod si post inhibitionem tuam fuerint attemptata[14], corrigendi liberam habeas facultatem. Studeas etiam, que presumpta sunt[15] iuxta formam canonicam, prout melius poteris, emendare.

TIT. V. DE CLERICO EGROTANTE[1].

1. Clemens III. Rauen. Archiep. *Significauit nobis R. — concedas.* (1187—91.) Ja. 10222. = c. 4. X. (1, 20.)

2. Clemens III. *Tua nos — ministrentur.* (1187—91.) Ja. 10238. = c. 4. X. (3, 6.)

TIT. VI. DE INSTITUTIONIBUS.

1. Ex Conc. Arelat. *Non amplius — possint.* c. 8. C. Arel. VI. (813.) = c. 1. X. (3, 7.)

2. Eugenius III.[1] In congregandis clericis modus discretionis teneatur, uidelicet ne plures admittantur, quam facultas ecclesiae eis canonice attributa sufferre possit.

3. Eugen. *In ecclesia — admittatis.* Clem. III. (1187—91.) Ja. 10199. = c. 2. X. (3, 7.)

4. Idem[1]. Ea noscitur *et infra.* Ad audientiam nostram siquidem te significante peruenit, quod quedam ecclesiae infra tuam[2] diocesim et ad tuam iurisdictionem spectantes, cum in eis fuerint prius clerici seculares, ad regularem obseruantiam sint[3] translatae. Verum, in qua aliquando XX. clerici soliti honeste fuerant[4] sustentati, uix modo VII. in ea uel VIII. monachi commorantur, et ubi decem fuerant[5] clerici, nunc[6] quatuor uel tres monachi sunt statuti, cum possessiones non sint modo diminutae, nec[7] aliqua alia, ex quibus clericis subsidia[8] solebant prouenire. Quapropter super his petisti, quid tibi sit amodo faciendum nostris litteris edoceri. Ne igitur ecclesiis[9] illis ex mutatione huiusmodi Dei obsequium diutius maneat imminutum, fraternitati tuae presentis scripti pagina duximus indulgendum, ut si prelati, ad quos ecclesiae istae pertinent, ad commonitionem tuam in eis tantum religiosorum numerum instituere pretermiserint, quantus[10] ex earum prouentu honeste ualeat[11] sustentari, sit liberum tibi in eis tot religiosas personas eiusdem ordinis contradictione et appellatione cessante statuere, quot earum[12] redditus suffecerint[13] ad necessaria prouidenda. Liceat quoque[14] tibi per districtionem ecclesiasticam, quos contradictores inueneris, appellatione[15] cessante cogere ad obseruantiam[16] eorum, que super his duxeris statuenda.

Lib. III. Tit. IV. 2. 6) deseruire: *abcd* 3. *Gilb. auct.* 1. (3, 2.); *Cod. Hal.:* Maguntino aepo in eod. lib. (1191—98.) 2) cum: *deest: SaU* 3) praua: *acdgi* 4) inualuit: *SaU* 5) *add.:* uel distributa: *b* 6) pers.: *deest: U* 7) quos etiam: *Sa* 8) et eodem: *Sa* 9) *add.:* et dignitatum: *b* 10) quidam clerici: *acdgi* 11) *cf. c.* 13. X. *h. t.* (3, 5.) 13) *add.:* fraternitati tuae: *U* 14) fuerit attemptatum: *i* 15) sunt suprascripta: *adi;* hactenus: *U*

Tit. V. 1) *add.:* uel debilitato: *b*

Tit. V. 2. 1) Augustin.: *aci;* (1145—53.) 4. 1) Eugen.: *ad;* August.: *cgi; immo* Clem. III. *Abiensi* (Albiensi?) ep.: *Luc. ap. Bal. Misc.* III, 384. *Gilb. auct.* 4. (3, 6.) *Ja.* 10192. (1187—92.) 2) uestram: *SaLuc.* 3) sunt: *g Luc.* 4) fuerunt (hon.: *deest*): *Luc.* 5) *add.:* olim: *b;* fuerunt: *Luc.* 6) numero: *b;* uix: *Sa;* uel (?): *Luc.* 7) nec redditus nec: *b* 8) necessaria: *b* 9) clericis uel eccl.: *b* 10) quantum: *acd* 11) ualeant: *i* 12) eorum: *b* 13) sufficiunt: *Luc.* 14) liceatque tibi: *Sa* 15) et app.: *adgi* 16) obseruationem: *Luc.*

5. Lucius III. Abbati de Rameseia et Archidiacono Exonien.[1] Veniens ad apostolicam sedem[2], *etc. et infra.* Interim autem R. clericus, qui ecclesiam[3] alieno nomine possidebat, furto irretitus[4] et exinde, quia crimen eius notorium fuit, rebus furtiuis in archa sua repertis, grauiter puniri metuens, eo quod ad regias aures scelus eius peruenerat, habitum religionis sumpsit[5], quem infra annum abiciens sedem apostolicam adiit, et scriptum apostolici culminis[6], in quo continebatur, quod si monstrare posset, quod timore mortis claustrum intrasset, a religionis uoto absolueretur, a nobis obtinuit[7], tacito quod timor ille ex praua conscientia perpetrati sceleris proueniebat, *et infra.* Discretioni uestrae per ap. scripta mandamus, quatinus cum exinde requisiti fueritis, in unum pariter conuenientes, utramque partem ante presentiam uestram conuocetis et inquisita horum ueritate, que dicta sunt et plenius cognita, causam ipsam appellatione remota fine canonico terminetis. Ita quod[8] si uobis constiterit, quod crimen notorium fuerit et timore illo[9] sepe dictus R. religionem suscepit, et quod idem W. per archiepiscopum fuerit canonice institutus, ei ecclesiam ipsam appellatione et occasione cessante faciatis restitui et libere pacificeque dimitti, non obstantibus litteris nostris, si taliter fuerint, prout diximus, impetratae.

VII. DE CONCESSIONE PREBENDAE NON VACANTIS[1].

1. Alexander III. Wigorn. Episcopo[1]. Ex transmissa conquestione R. clerici nobis[2] innotuit, quod cum ecclesia de N.[3] a monachis[4] ad quos ius illius ecclesiae spectare dignoscitur, ei concessa fuisset, tunc temporis, cum V. clericus, qui lepra tactus fuisse perhibetur[5], eam possideret, timens, ne super eadem concessione[6] aliqua innouatio fieret, ad sedem apostolicam appellauit, et ad nos suum nuntium destinauit. Quoniam igitur uniuersis Dei fidelibus et iis maxime, qui clericali dediti sunt offitio, in suis iustitiis adesse teneamur[7], discretioni uestrae per ap. scripta mandamus, quatinus, si uobis constiterit[8], predictam ecclesiam prefato[9] R. taliter fuisse[10] concessam, et post appellationem super ipsa[11] ecclesia ad nos factam in ea inueneritis alium institutum, eo inde amoto ecclesiam[12] ipsam nullius[13] appellatione et contradictione obstante iam dicto R. faciatis dilatione postposita assignari, non obstante eo[14], quod eadem concessio facta fuit[15] tempore predicti V.[16], si ipsum prenominato morbo manifestum fuerit[17] laborasse. Testes uero[18], quos idem R. nominauerit[19], moneatis[20] et inducere laboretis[21], ut amore iustitiae testimonium perhibeant ueritati.

4. 1) (1216—27.) *Po.* 7716. *est Gregorius Crescentius Romanus*

2) G.: *deest: c; sed* 3) ministrationi: *a;* ministrationis: *c*

TIT. VIII. DE ETATE ET QUALITATE ET ORDINE PREFICIENDORUM.

1. Capitulo Bremensi. *Quamuis multa — attemptabit.* (1221.) Po. 1221. = c. 15. X. (1, 14.)

2. Ep. et archidiac. Oueten. *Vel non est — compellatis.* (1216—27.) Po. 7720. = c. 14. X. (1, 11.)

TIT. IX. DE SACRAMENTIS NON ITERANDIS.

Un. Capitulo Bremensi. *A nobis humiliter — supradicta.* (1218.) Po. 5751. = c. 2. X. (1, 16.)

TIT. X. DE CORPORE VITIATIS.

1. Archiepiscopo Colocensi[1]. Postulasti, magistro N. clerico ad nostram presentiam destinato, ut si uotis Ultrasiluanensis[2] ecclesiae uellemus[3] annuere, super[4] eo, quod ad eamdem Waradiensem prepositum elegerunt, confirmationem electionis eiusdem tibi[5] remittere dignaremur[6]. Nos uero fraternitati tuae in hoc et in aliis, quantum cum Deo possumus, deferre uolentes, prefatum electum ad te cum gratia nostra duximus remittendum, per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus, cum hoc deferendi tibi fecerimus causa, erga electum ipsum, si alias est idoneus, non obstante macula[7], que in altero ipsius oculo uidebatur, sine difficultate prout ad tuum pertinet offitium exequaris.

2. Ep. Engolismensi. *Thomas monachus — sacerdotis.* (1216—27.) Po. 7721. = c. 7. X. (1, 20.)

TIT. XI. DE FILIIS PRESBITERORUM.

Un. Decano Furnensi Morinens. dioces. et mag. Giliberto Morin. et L. S. Donatoris in Brugis, Tornac. dioces. *Dilectus filius G. — statuatis.* (1216—27.) Po. 7722. = c. 17. X. (1, 17.)

TIT. XII. DE CLERICIS PEREGRINIS.

Un. Ep. Regino. *Te nobis proponente — retinendos.* (1216—25.) Po. 7512b. = c. 4. X. (1, 22.)

TIT. XIII. DE OFFITIO ARCHIDIACONI.

1. Abbati Arremarensi Trecensis dioc. et archid. et decano S. Stephani Trecensis. *Dilecto filio — processuri.* (1216—27.) Po. 7723. = c. 10. X. (1, 23.)

2. Episcopo Vulterano[1]. Quid ad archidiaconi spectet offitium in epistola beati Isidori et ordinis Romani statutis, necnon et constitutionibus aliis inuenitur expressum, unde non sine ratione miramur, quod cum dilectus filius magister Guido, archidiaconus ecclesiae tuae, occupatus cancellariae nostrae seruitiis, in archidiaconatu suo personaliter ministrare non possit, ac propter hoc commiserit dilectis filiis Vulterano capitulo uices suas, tu, sicut eodem accepimus conquerente, cum examinatio, presentatio ac installatio clericorum, siue de benefitiis, siue de dignitatibus hoc[2] agatur, pertineat ad eumdem, eodem ac procuratoribus suis irrequisitis omnino ipsos instituis[3] pro tuae arbitrio uoluntatis, alias super offitio suo grauis eidem et iniuriosus existens. Ut igitur quod per seipsum modo non potest, per alios libere prosequatur, fraternitati tuae per ap. scripta mandamus, quatinus procuratores ipsius in iis, que iure scripto uel approbata consuetudine ad sui archidiaconatus offitium spectare noscuntur, beneuolo studeas fauore fouere, atten-

Lib. I. Tit. X. 1. 1) Coloniensi: *cd; dat. Aletri* III. *Non. Iun. a.* VI. (1220.) *Po.* 6850. *ap. Fejer Cod. dipl.* III, 1, 385. 2) eiusdem: *orig.* 3) *add.:* in hoc: *ib.* 4) super . . . eleg.: *deest: ib.* 5) tibi: *deest: cd* 6) dign. Ceterum carissimi in Christo filii nostri . . . rex et. . . . regina Hungarorum illustres, multiplicatis prelatorum terrae intercessionibus pro eodem electo, per quem potius, quam per alium predicta speratur ecclesia in temporalibus et spiritualibus recipere incrementa, nobis cum instantia supplicarunt: *orig.* 7) predicta mac.: *ib.* (que . . . uidebatur: *deest*)

Tit. XIII. 2. 1) (1216—27.) *Po.* 7724. 2) hoc: *d* 3) *add.:* et destitutis: *a*

tius prouisurus, ut eos in premissis et aliis ad offitium suum spectantibus non impedias, nec patiaris quantum in te fuerit ab aliis impediri.

TIT. XIV. DE OFFITIO VICARII.

Un. Ep. Wigorn. *Ex parte tua — compellas.* (1216—27.) Po. 7725. = c. 6. X. (1, 28.)

TIT. XV. DE OFFITIO ET POTESTATE IUDICIS DELEGATI.

1. Archiep. et archidiac. Bitur. *Ex parte carissimae — procedatis.* (1218—27.) Po. 7687. = c 11. X. (2, 22.)

2. Messan. et Regin. archiepp. *Rogatus olim — demandare.* (1216—27.) Po. 7726. = c. 37. X. (1, 29.)

3. Idem Cant. archiep. S. Rom. eccl. cardinali et coniudic. suis. *Dilectus filius I. Sarracenus — pertinere.* (1216—27.) Po. 7727. = c. 29. X. (1, 3.)

TIT. XVI. DE OFFITIO ET POTESTATE IUDICIS ORDINARII.

1. Ep. Assissiensi. *Conquerente economo — sustinemus.* (1216—27.) Po 7728. = c. 16. X. (1, 31.)

2. Abbati et conuentui S. Rem. *Ut iuxta — introducat.* (1216—27.) = c 17. X. (1, 31.)

3. Episcopo Sulciensi[1]. Non uidetur metropolitano licere, ut suffraganei sui iura minuat uel immutet, nisi super eo antiqua et approbata consuetudine uel speciali priuilegio muniatur, unde reputari potest indignum, ut in die Cenae domini, quo deberent[2] in ecclesiis suis episcopi chrisma conficere, lauare iuxta exemplum domini pedes pauperum et reconciliare publice penitentes, ad metropolitanam ecclesiam, que per quadraginta milliaria et amplius a te distat, chrisma ibidem cum metropolitano tuo confecturus accedas, quamquam idem metropolitanus tam in tua quam in aliis metropolitico sibi iure subiectis ecclesiis non ex speciali priuilegio uel antiqua et approbata consuetudine, sed ex usurpatione potius hoc obtinuisse hactenus uideatur. Hoc itaque in tua olim consecratione prudenter attendens, quod huic grauamini occurreres, fuisti publice protestatus. Volentes igitur, uenerabilis in Christo frater, tuo super grauamine prouidere, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut ad hoc nisi speciale priuilegium exigat, uel antiqua et approbata consuetudo requirat, per usurpationem huiusmodi nullatenus tenearis.

4. Ep. Briocensi et abb. de Sauigneo et archidiac. Recom. *Dilectus filius abbas — formam.* (1216—27.) Po. 7730. = c. 18. X. (1, 31.)

TIT. XVII. DE TREUGA ET PACE.

1. Auxitan. Archiepiscopo[1]. Illius regis pacifici, *et infra*[2]. Sane ad nostram noueris audientiam peruenisse, quod in Auxitanensi prouincia et circumposita regione usque adeo multiplicata est iniquitas superborum, quod scientes, quia iustitiae cultus est pax, iniurias[3] irrogant, pacem turbant, et inter sanctum et profanum minime discernentes bona tam ecclesiastica quam mundana diripiunt et predantur; quibus nisi fuerit obuiatum, cum superbia eorum semper ascendat, irreparabile[4] totius prouinciae militant[5] detrimentum. Volentes igitur huic pesti mortiferae occurrere antidoto salutari, taliter duximus statuendum, ut uidelicet tu et suffraganei tui, necnon abbates, archidiaconi et alii clerici, principes, milites et populus uniuersus tuae prouinciae pacem auctoritate nostra iuretis; uidelicet quod eam tenebitis, manu tenebitis et sequemini, iustas et rationabiles constitutiones factas pro ipsa obseruabitis firmiter sine fraude, renouaturi de cetero de quinquennio in quinquennium huiusmodi iuramentum; contradictores autem, si qui fuerint, necnon et[6] pacis uel fidei turbatores per censuras ecclesiasticas, appellatione remota, compescas, contra eiusdem pacis uel fidei turbatores conuocando fideles

Lib. I. Tit. XVI. 3. 1) (1216—27.) *Po.* 7729. 2) debent: *a*

Tit. XVII. 1. 1) *add.*: et suffraganeis eius: *orig.* — *scr. II. Kal. Oct. I. ap. Bouquet Recueil.* XIX, 613. (1216.) *Po.* 5337. 2) *omittitur*: licet immeriti uicarii constituti qui, ut reconciliaretseruum domino, uniuit hominemsibi Deo, libenter iis prope et his qui longe sunt, pacis consilia cogitamus, ipsam pro posse modis omnibus procurantis: *orig.* 3) ut iniurias irrogent (irrogant: *c*): *ac* 4) in irrep.: *orig.* 5) multiplicabunt: *d* 6) et: *deest*: *ac*

populos tuae prouinciae, si necesse fuerit per indulgentias, secundum quod utilitati ecclesiarum et totius terrae, necnon et animarum saluti uideris expedire.

2. Abbati Stadensi et Ildesemensi episcopo et nobilibus uiris duci Saxoniae comiti Palatin. Rheni comiti Ascaniae et ministerialibus Magdeb. ecclesiae[1]. Gratum gerimus et acceptum, quod, sicut audiuimus, uos, ad conseruandam et procurandam pacem in terris uestris, mutuum uobis conferre auxilium iuramento interposito astrinxistis, ut sic populus uobis commissus in pulchritudine pacis sedeat et in requie opulenta; super quo discretionem uestram dignis in domino laudibus commendantes, per apostolica uobis scripta mandamus, quatinus huiusmodi iuramentum, sicut est licitum et honestum, studeatis taliter obseruare, quod conscientiam apud dominum et famam conseruetis illesam, quod ab aliis uos faciatis prouidos reputari.

TIT. XVIII. DE MAIORITATE ET OBEDIENTIA.

1. Dil. fratri Widoni presb. card. et capit. eccl. S Laurentii in Damaso. *His que pro ecclesia — reseruamus.* (1216—27.) Po. 7732. = c. 11. X. (1, 33.)

2. Idem. In registro felicis memoriae Innocentii Papae predecessoris nostri liquido continetur, quod domus de Perario[1] Ciuitatensis diocesis Beati Petri iuris et proprietatis existit. Accepimus autem quibusdam fratribus ipsius loci nobis insinuantibus, quod cum olim magister ipsius A. et magistro et fratribus de Calatraua, Toletanae diocesis, super facienda sibi obedientia coram bonae memoriae Zamorensi episcopo et coniudicibus suis, delegatis a sede apostolica, tractus esset in causam, et ipsi cognitis causae meritis diffinitiuam pro ipsa domo sententiam protulissent, idem magister de Calatraua, Paulum priorem et quosdam fratres sepe dictae domus, ac deinde[2] per ipsos eiusdem loci magistrum ita promissionibus et aliis monitis illexit, quod ignorante domus supradictae conuentu, ipse magister magistro fecit obedientiam supradicto, contra predictam sententiam, in libertatis ipsius domus et iuris apostolici preiudicium ueniendo; propter quod dictus magister de Calatraua, tenens domum ipsam[3] suae ditioni subiectam, quemdam de fratribus suis prefecit eidem, qui fratribus ipsius domus in libertatem proclamare uolentibus, se opponens, eas expensas ad prosequendam[4] suae libertatis causam necessarias, de bonis ipsius domus facere non permittit. Ne igitur sepedictae domus iniuriam et iustitiam apostolicae sedis negligere uideamur, discretioni uestrae mandamus, quatinus magistrum et fratres de Calatraua, ut eum quem prefecerunt domui antedictae ad suum consortium reuocantes, domum ipsam gaudere permittant debita libertate, moneatis prudenter et efficaciter inducatis. Quod si de iure forsitan confidentes, monitis acquiescere non curauerint, prefigatis auctoritate nostra terminum competentem, quo per procuratores idoneos cum instrumentis ad hoc negotium pertinentibus, si qua forsitan habent, compareant coram nobis, exhibituri et recepturi super his quod[5] ordo dictauerit rationis; fratribus uero ipsius domus faciatis de bonis eiusdem expensas ad prosecutionem huius negotii necessarias ministrari.

3 Idem abb. de Lapide S. Michaelis (Michelstein) Halberstad. dioc. *Dilecta in Christo filia — compellas.* (1222.) Po. 6857. = c. 12. X. (1, 33.)

TIT. XIX. DE PACTIS ET PROMISSIONIBUS[1].

Un. Atrebatensi episcopo[1]. Dilecte in Christo fili, priorissa et sorores sancti Nicolai de Ditiaco, tuae diocesis, suis[2] nobis litteris intimarunt, quod cum hospitale pauperum in eodem loco fuerit ab antiquo, sorores que pauperibus seruiebant ibidem, tandem ut se arctius diuinis obsequiis obligarent, habitum regularem ac institutionem ordinis beati Victoris assumere satagentes, super hoc consensum tuum humiliter petierunt; sed cum non potuerint aliquatenus obtinere, nisi promis-

Lib. I. Tit. XVII. 2. 1) (1216—27.) *Po.* 7731. 4) prosequendae: *d* 5) que: *d.*
Tit. XVIII. 2. 1) Peramo: *d* (*del Pereyro*); — (1216—27.) *Po.* 7733. 2) demum: *a* 3) ips.: *deest: a*
Tit. XIX. 1) et prom.: *deest: d*
1. 1) (1216—27.) *Po.* 7734. 2) suis: *deest: d*

sione primitus tibi facta, quod absque tuo consensu et licentia speciali nullam sibi in abbatissam seu priorissam eligerent, nec sororem, conuersum siue conuersam reciperent, nisi tuo consensu petito primitus et obtento. Quare nobis humiliter supplicarunt, ut, cum etsi de tua benignitate non dubitent, tuorum tamen temporibus successorum uideant ex hoc graue sibi posse dispendium euenire et augmentum ipsi loco spiritualiter et temporaliter plurimum impediri, ad remittendam huiusmodi eis necessitatem cum in omnibus aliis tibi uelint lege diocesana subesse, te[3] apostolicis precibus inducere dignaremur. Cum ergo earum petitio rationi consona uideatur, fraternitatem tuae rogantes duximus admonendam[4], per apostolica scripta mandantes, quatinus, episcopali iure in domo ipsa per omnia tibi saluo, eligendi sibi priorissam seu abbatissam, prout loci ratio postulabit, ac recipiendi libere sorores, conuersos atque conuersas, liberam eis tribuas potestatem, ne si libertas aliis religiosis concessa denegetur, eisdem non proficiat, sed deficiat id quod tibi debeat imputari.

TIT. XX. DE TRANSACTIONIBUS.

Un. I. tit. S. Praxedis presb. cardinali. *Ex parte tua — declinando.* (1218.) Po. 5834 = c. 11. X. (1, 36.)

TIT. XXI. DE POSTULANDO.

Un. Archiep. S. Leonardi et S. Benedicti abb. Salernit. *Ex litteris uestris — compellatis.* (1216—27.) Po. 7735. = c. 1. X. (1, 32.)

TIT. XXII. DE PROCURATIONIBUS.

1. Ep. Egitanensi (Egiditanensi = Idanha a Velha). *Auditis et intellectis — concedendas.* (1216—27.) Po. 7736. = c. 8. X. (1, 38.)

2. M. et R. canonicis Mutinensibus. *Petitio uestra — reprobamus.* (1216—27.) Po. 7737. = c. 9. X. (1, 38.)

TIT. XXIII. DE IN INTEGRUM RESTITUTIONE.

1. Archiep. et capit. Bracar. *Coram felicis memoriae — indulgendum.* (1217.) Po. 5466. = c. 7. X. (1, 41.)

2. Maioris ecclesiae et Sanctae Mariae ad gradus preposito et decano Colon.[1] Procuratore[2] monasterii Neuenburgensis[3] et comite Ascaniae, diocesis Halberstadensis in nostra[4] presentia constitutis, facta fuit quedam compositio inter partes et bullae nostrae munimine roborata. Postmodum uero abbas eiusdem monasterii personaliter ad apostolicam sedem accedens proposuit coram nobis, monasterium ipsum in multis per compositionem huiusmodi esse Iesum, cum multi processus, prius contra questionem predictam pro ipso monasterio habiti, uideantur per compositionem ipsam in eiusdem monasterii preiudicium et grauamen extincti, et per eandem ipsius monasterii priuilegiis derogetur, quibus est indultum abbati et conuentui monasterii sepe dicti, ut possint quemcunque uoluerint assumere aduocatum, et assumptum, si eis grauis uel inutilis fuerit, remouere; quod non poterit fieri si seruetur compositio memorata. Quare super dictis causis et nonnullis aliis coram nobis expressis supplicauit instanter, ut eidem monasterio per restitutionis benefitium succurrere dignaremur. Cum igitur ecclesiarum indempnitatibus, exigente debito pastorali[5], occurrere teneamur, discretioni uestrae mandamus, quatinus partibus conuocatis et diligenter auditis, si inueneritis per compositionem seu prouisionem iam dictam multum lesum esse monasterium memoratum, illud, appellatione remota, in integrum restituere dicta compositione penitus reuocata curetis, ac demum processus predictos faciatis, sicut iustum fuerit, firmiter obseruari.

Lib. I. Tit. XVIII. 1. 3) de: *c;* et: *d* 4) rogandam (rogantes: *a*) dux. et monendam (monemus: *c*): *ac*
Tit. XXIII. 2. 1) (1216—27.) *Po.* 7738. 2) et procur.: *d* 3) Neuburgens.: *c;* Neuuernbengen.: *d; Chronicus legendum censet:* Newernbergensis 4) uestra: *d* 5) pastoralis officii: *a*

TIT. XXIV. DE ARBITRIS.

1. Archiep. Colon. *Ex parte tua — ualere.* (1218.) Po. 5837. = c. 10. X. (1, 43.)
2. Electo et abb. S. Zenonis et C. canonico Veronensi. *Exposita nobis — compellatis.* (1225.) Po. 7473 = c. 11. X. (1, 43.)

TIT. XXV. DE IURAMENTO CALUMPNIAE.

Un. Archidiac. et mag. G. canonico Tullon. *Ex litteris uestris — cogatis.* (1216—27.) Po. 7740. = c. 32. X. (2, 24.)

LIBER SECUNDUS.

TIT. I. DE IUDICIIS.

1. Abb. S. Martini archid. Remensi et decano Buniensi (leg.: Bonnensi) Colon. dioc. *Exhibita nobis — procedatis.* (1224—25.) Po. 7512. = c. 19. X. (2, 1.)

2. Fredericus Imperator[1]. Hac edictali lege, *et infra.* Decernimus[2] etiam, ut si qui clericis, uel personis ecclesiasticis iustitiam denegare presumpserint, tertio requisiti, suam iurisdictionem amittant.

3. Mag. Tancredo canonico Bononiensi. *Venerabilis frater — formam.* (1216—27.) Po. 7741. = c. 20. X. (2, 1.)

4. Abbati Sancti Stephani priori Sancti Andreae ciuitatis nouae et archipresbitero Sancti Eusebii Vercellen[1]. Significauerunt nobis abbatissa et moniales monasterii Iesu Christi, ordinis Cisterciensis, quod cum Albericus[2] medicus Papiensis eas coram consulibus Papiensibus super quadam summa pecuniae traxisset in causam, metuentes ipsae illorum consuetam malitiam, que diu contra clericos et ecclesias noscitur feruuisse, cum rumor[3] de ueteri faciat uentura timeri, coram eisdem consulibus litem super hoc contestatae fuerunt, qui perperam procedentes, iniquam contra eas super sortem ac usuras diffinitiuam sententiam promulgarunt. Unde humiliter petierunt, ut cum id fuerit contra libertatem ecclesiae attemptatum, quia ecclesiasticae personae non solum inuitae, sed etiam uoluntariae non possunt ut iudicium subeant seculare pacisci, cum non sit personale hoc benefitium, cui renuntiari ualeat, sed indultum potius toti collegio ecclesiastico, cui priuatorum pacto derogari non potest, subueniri sibi in hac parte misericorditer dignaremur. Quia uero sententia, que a non suo iudice promulgatur, nullius debet esse momenti, discretioni uestrae mandamus, quatinus, si est ita, sententiam consulum predictorum inualidam penitus et nullas habere uires auctoritate apostolica denuntietis, audituri postmodum, si quid inter[4] prefatum medicum et moniales ipsas fuerit questionis, et illud appellatione postposita fine debito[5] decisuri.

5. Ep. et mag. Tancredo Bon. et Bondi Praten. Bon. commoranti canonicis. *Significaferunt nobis — imputare.* (1216—27.) Po. 7743. = c. 21. X. (2, 1.)

TIT. II. DE FORO COMPETENTI.

1. Archiep., decano et archidiac. Turonens. *Ex parte carissimae — reprehendi.* (1216—27.) Po. 7744. = c. 15. X. (2, 2.)

2. Fredericus Imperator[1]. Hac edictali, *et infra.* Statuimus autem, ut nullus ecclesiasticam personam in criminali questione uel ciuili trahere ad iudicium seculare presumat contra constitutiones imperiales et canonicas sanctiones; quod si fecerit, actor a suo iure cadat, iudicatum non teneat, et iudex sit ex tunc iudicandi potestate priuatus.

Lib. II. Tit. I. 2. 1) cf. 1. *ad cap.* 2. (1, 1.) *c.* 9. 2) sancimus: *orig.* ex: *d* 4) in: *ad* 5) fine deb.: *deest: d;* ap. potestate fine deb.: *a*
4. 1) (1216—27) *Po.* 7742. 2) Albertus: *a* 3) timor
Tit. II. 2. 1) *c.* 4. *cf. ad. c.* 2. (1, 1.)

3. Episcopo et abbati sancti Proculi et priori sancti Iohannis in monte Bon.[1] Discretioni uestrae mandamus, quod si uobis constiterit, quod magister Balduinus clericus Laudensis[2] ad respondendum predicto Iohanni Bononiae[3] se adstrinxerit iuramento, eundem ad ipsum[4] obseruandum super[5] predictis prout tenetur indempnem[6], monitione premissa per censuras ecclesiasticas, appellatione remota, cogatis, constitutione de duabus dietis in generali concilio edita non obstante. Quod si forte idem I. sepe dictum Balduinum[7] uel eius procuratorem fecerit laborare Bononiam, nec probauerit, quod ad respondendum sibi in ciuitate Bononia iuramenti uinculo sit astrictus, eundem I. ipsi B. in expensis legitimis appellatione postposita condempnetis.

TIT. III. DE MUTUIS PETITIONIBUS.

Un. Priori Sanctae Mariae de Spello Spolet. dioc. Assimat. et Bonoscent. subd. nostro Fulginat. canonicis[1]. Cum super causam, que inter uenerabilem fratrem nostrum episcopum Assimatensem ex parte una et priorem ac fratres hospitalis de Pariete Assimatensis diocesis ex altera uertitur, uenerabilem fratrem nostrum Albanensem episcopum eorum procuratoribus in nostra presentia constitutis dedimus auditorem, procurator episcopi obedientiam et reuerentiam ab eisdem priore ac fratribus, et omnia iura episcopalia tam temporalia quam spiritualia in eodem hospitali ac ipsius ecclesia exigebat. Procurator uero eorumdem prioris et fratrum excipiendo proponebat contra, quod, cum idem episcopus, pro eo quod Egidium presbiterum et fratrem eorum conuersum uiolentas manus triennio iam elapso iniecerat, excommunicationis uinculo teneretur, conueniri non poterat nec debebat ab ipso, qui per se uel procuratorem personam standi in iudicio non habebat; adiciens, quod idem hospitale quadam uini quantitate fuerat per eundem episcopum spoliatum, et ideo ad respondendum illi nisi hospitali prius restituto se proposuit non teneri. Memoratus autem auditor, ne diu prorogaretur negotium in partium detrimentum, litem fecit coram se legitime contestari; ita uidelicet, quod si infra mensem post susceptionem presentium de predicti episcopi excommunicatione constiterit, pro nulla[2] litis contestatio habeatur. Quocirca discretioni uestrae mandamus, quatinus receptis et examinatis testibus, quos procurator hospitalis super excommunicatione ipsius episcopi duxerit producendos, si uobis infra dictum tempus constiterit ipsum episcopum excommunicatione ligatum, litis contestationem nullam esse penitus nuntietis, alioquin super principali negotio ad receptionem testium procedentes eorum dicta sub uestris inclusa sigillis nobis fideliter remittatis, ante restitutionem tamen uini, si de spoliatione constiterit, ad ipsorum receptionem testium nullatenus processuri, ad quam si fuerit procedendum, super reconuentione, si quam pars hospitalis duxerit faciendam, cum dictus procurator eam coram auditore ipso fuerit protestatus, faciatis litis contestationem fieri priusquam ad receptionem testium procedatur.

TIT. IV. DE DILATIONIBUS.

1. Ep. Ferentinati. *Litterae tuae ac petitio — litterarum.* (1216—27.) Po. 7747. = c. 3. X. (2, 8.)

2. (3.) Archiepiscopo Tolletano[1]. Te ac Iohanne Bracarensi clerico procura-

Lib. I. Tit. II. 3. 1) (1216—27.) *Po.* 7745. 2) Landun.: *d* 3) ad respondendum pred. Iohanni Bon. 4) ad illud: *d* 5) et su.: *d* 6) ind. reddere: *d* 7) magistrum: *c; deest: a*

Tit. III. 1. 1) Asismatens.: *a;* Assumat.: *c; legend. est aut* Assissinat. *aut* Auximens. — (1216—27.) *Po.* 7746. 2) nullo: *d*

Tit. IV. 2. 1) *hoc loco a Cironio inseritur caput, quod in uno codice adscriptum inuenit, cuiusque apographum ex reg. in adnotationibus adiunxit:* abbati S. Augustini Cantuar. Cum olim inter te tunc electum et dilectum filium et magistrum R. nuntium uen. f. n. Cantuariensis archiepiscopi coram fel. mem. Innocentio Papa predecessore nostro questio uerteretur, te firmiter asserente, quod ab eodem archiepiscopo sine professionis exactione benedici debeas, sicut per sententiam bonae memoriae Alexandri Papae fuerat diffinitum, et predicto magistro e contrario affirmante, quod ipsa sententia per eumdem fuerat reuocata, sicut quarumdam litterarum prescriptione ostendere nitebatur: idem predecessor noster ita utrique parti prouidit, uidelicet, quod tibi munus benedictionis impenderet absque iuris preiudicio archiepiscopi memorati, assignans utrique terminum in concilio tunc proxime futuro, in

tore uenerabilis fratris nostri S.[2] archiepiscopi Bracarensis in nostra presentia constitutis, idem procurator terminum tibi et prefato archiepiscopo eiusque capitulo in causa, que super primatia inter te ac eosdem uertitur, a felicis memoriae I. papa predecessore nostro peremptorie assignatum et postmodum approbatum a nobis proximum festum omnium sanctorum[3] petiit prorogari, et dari sibi ad producendos testes inducias largiores, pro eo quod I. Gunterius[4], canonicus Tolletanus, quem procuratorem ad eorum presentiam, quibus commissa fuit receptio testium, destinasti[5], iudicatus fuit insufficiens ab eisdem. Nos igitur[6] attendentes, quod ipsi receptores testium in suis litteris testabantur expresse, quod idem procurator eis in itinere tamquam procurator necessaria ministrauit, et productioni testium multorum interfuit, ac etiam prestare uoluit fideiussoriam cautionem, te[7] rem ratam omnibus modis habiturum; ipse uero archiepiscopus id acceptare non curans re-

quo si posset sufficienter ostendere, quod professionem sibi facere deberes, eam a te sibi faceret exhiberi, alioquin ab impetitione te absolueret ipsius. Cum autem prefati procuratores tui reconuenirent archiepiscopum memoratum, super eo uidelicet, quod offitiales ipsius te ac conuentum tuum impediunt, quominus possitis congregare sinodum, celebrare capitulum et iurisdictionem specialem in subditis monasteriis exercere, beneficium nichilominus integrum restitutionis postulantes, super eo, quod cuiusdam pretextu personalis compositionis inter B. et H. et R. tuos predecessores amicabiliter interuenit, te indebite inquietat. Unde predictum terminum prefigi archiepiscopo petebat: licet eo aduocante ius reuocandi domum nullum super premissis reconuentionibus terminum ei duxerit prefigendum. Nuper autem R. monachus et magister Eust., procuratores in nostra presentia constituti, petierunt instanter, ut in negotio procedentes causam inter prefatum archiepiscopum et te audiremus, uel perpetuum silentium imponeremus eidem. Archiepiscopo respondente, quod licet induciae ad deliberandum cum conuentu suo, utrum deberet agere, uel non, sibi fuissent indultae, quia tamen ad propria nondum reuersus fuerat, et ecclesia sua et regnum esset turbatum, cum suo conuentu deliberare non potuit; quare petebat ulteriores inducias sibi exhiberi. Procuratores predicti responderunt e contra, quod archiepiscopus, etsi non personaliter, tamen per nuntios et litteras deliberare potuit super hoc cum conuentu, unde non erant ei ulteriores induciae indulgendae, ne prorogando iudicium, uideremur iustitiae derogare. Nos igitur attendentes, quod equius est, parti ad deliberandum largiorem terminum indulgere, quam litem breuiandi pretextu procedere minus clare, adhuc ei terminum duximus indulgendum. *Haec decretalis usque ad uerba:* ab impetitione te absolueret ipsius *consonat cum originali; sed inde ab his uerbis in ipsius Bullae apographo legitur:* Cum autem partibus postmodum in ipsius predecessoris nostri presentia constitutis, tu instanter peteres, ut in causa sec. formam procederet prenotatam, licet predictus archiepiscopus e contrario responderet, quod contra te agere tunc non posset, quia erat aliis negotiis prepeditus tunc, quia uenerat minus instructus temporum; tamen nolens litem ulterius protelare eidem indixit, quod aut ageret, cum ipse semper super hoc ad sedem apostolicam appellasset, aut memorati predecessoris sui sententiam confirmaret, perpetuum silentium archiepiscopo imponendo; tunc idem archiepiscopus proposuit, quod abbas de iure communi sibi professionem facere tenebatur, quam sibi petebat humiliter exhiberi: tu uero respondisti e contra, quod etsi ad id tenereris de iure communi, de iure tamen speciali eras exemptus, ostendens tam priuilegia fundationis ecclesiae, quam sententiam memorati Alexandri pro monasterio promulgatam, et reconuenisti eumdem archiepiscopum super eo, quod contra tenorem priuilegiorum tui monasterii homines seruientes et clericos tuos de facto, cum de iure non posset, excommunicationis uinculo innodabat, et ecclesias ad monasterium pertinentes suppone bat ecclesiastico interdicto. Cumque super his fuisset aliquamdiu disputatum, prefatus archiepiscopus alium sibi petiit terminum indulgeri, intra quem cum suo posset deliberare conuentu. Quare idem predecessor noster terminum usque ad festum omnium Sanctorum, tunc proxime uenturum, sibi concessit, ita quod nisi deliberaret cedere potius quam contendere in hac causa, ex tunc expensas legitimas, quas de cetero faceres, ibi refundere teneretur, si contingeret ipsum contrariam sententiam reportare; scribens super hoc dilecto filio N. G. tituli S. Martini presbitero cardinali, apostolicae sedis legato, ut si coram eo partes ducerent litigandum, ipse Cantuariensis conuentus una cum archiepiscopo sepe dicto citati causam audiret, et eam ad sedem apostolicam remitteret sufficienter instructam, prefigens partibus terminum competentem, quo se conspectui apostolico presentarent, iustam sententiam recepturi. Nuper autem R. monachus et magister Eustrasius, procuratores tui in nostra presentia constituti, petierunt instanter, ut iuxta prescriptam formam in negotio procedentes, causam, si predictus archiepiscopus contendendam duceret, audiremus, uel perpetuum silentium super hoc imponeremus eidem, ne te pateremur captiosis diffugiis fatigari. Archiepiscopus uero respondit, quod licet induciae ad deliberandum cum conuentu suo, utrum deberet agere uel non sibi fuissent indultae, quia tamen nondum ad propria reuersus fuerat, et alias non solum ecclesia sua, sed totum regnum erat turbatum, cum suo conuentu deliberare non potuerat, quare petebat sibi ulteriores inducias indulgeri. Procuratores autem prefati responderunt e contra, quod archiepiscopus, etsi non personaliter, saltem per nuntios et litteras deliberare super hoc potuerat cum conuentu, unde non erant ei ulteriores induciae indulgendae, ne prorogando iudicium uideretur iusticiae derogare. Nos igitur attendentes, quod equius est, parti ad deliberandum largiorem terminum indulgere, quam litem breuiandi pretextu procedere minus clare, uolentesque dicto archiepiscopo nichilominus in hac parte fauere, adhuc ei usque ad proximum festum B. Michaelis archangeli terminum ad deliberandum per se uel per alium cum conuentu duximus indulgendum, eum utrique parti pro peremptorio assignantes, ita quod si contra te agendum non duxerit, nos ab eius super hoc impetitione te sententialiter absolueremus. Quod si egerit, et eum in causa ipsa succumbere forte contigerit, ipsum tibi, ut predictum est, condemnaremus in expensis, eumdem quoque terminum predicto archiepiscopo assignantes ad deliberandum utrum uelit cedere, an contendere super iis, quibus coram sepedicto predecess. nostro eum reconueneras, ut superius est expressum. Preterea prefati procuratores tui reconuenerunt archiepiscopum nominatum super eo uidelicet, quod offitiales ipsius, te et conuentum tuum impediunt, quominus possitis congregare sinodum, celebrare capitulum, et iurisdictionem spiritualem in subditis monasteriis exercere, beneficium in integrum restitutionis nichilominus postulantes, super eo, quod cuiusdam personalis compositionis pretextu ad uacantes ecclesias monasterii, cum non tenerentur de iure, clericos improuide archiepiscopo presentarunt, et conquerentes, quod contra formam compositionis inter bon. mem. H. et R. tuos predecessores amicabiliter interuenit super ecclesia Caenniratensi te indebite inquietat. Unde predictum terminum super iis eidem archiepiscopo prefigi petebat; sed eo allegante ius reuocandi domum, nullum super premissis reconuentionibus terminum ei duximus prefigendum. Ne igitur super iis possit in posterum dubitari, has litteras tibi duximus in testimonium concedendas, nolentes interim statum tui monasterii uacillare. Datum Laterani decimo sexto Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno primo: *Po.* 2585?. (1217.) — c. 2. *scr. ao.* 1216. *Po.* 5405. *exstat ap. Mansi Conc.* XXII, 1096. 2) S.: *deest: orig. sed ep. Bracar. fuit eo tempore Stephanus* 3) *add.*: uidelicet: *orig.* 4) Guntinn.: *c;* Guterii: *orig.;* Siguntinus: *deest: e* 5) destinatis: *orig.* 6) ergo: *ad* 7) te: *deest: d*

cusauit plures testes producere ab ipsis receptoribus requisitus, eiusdem procuratoris petitionem de fratrum nostrorum consilio non duximus admittendam, tibi presentes litteras in huius rei testimonium concedentes, ne occasione huiusmodi alicui posses in posterum dispendio subiacere.

V. DE ORDINE COGNITIONIS.

1. Lodoico regi Francorum *Tuam non credimus — inclines.* (1224.) Po. 7099. = c. 3. X. (2, 10.)

2. Decano cantori et custodi sancti Seuerini Colon.[1] Significauit nobis O. pauper sacerdos, quod cum[2] L. presbiter de Nouo Ponte Coloniensis diocesis super ecclesia de Hisbiche[3] coram preposito sancti Ludgeri Monasteriensis et coniudicibus suis auctoritate apostolica conuenisset, et[4] idem coniudices haberet[5] eosdem certa et expressa coram eis ratione suspectos, arbitros petiit, coram quibus de suspicionis causa doceret; sed dum excommunicationem in modum exceptionis sibi obiceret pars aduersa, memorati iudices prius se debere de[6] excommunicationis exceptione cognoscere, quam concedere arbitros per interlocutoriam decreuerunt, a qua ipse ad sedem apostolicam appellauit. Ideoque discretioni uestrae mandamus, quatinus, si est ita, reuocetis in statum debitum quidquid post appellationem huiusmodi inueneritis temere attemptatum.

TIT. VI. DE CAUSA POSSESSIONIS ET PROPRIETATIS.

Un. Abbati S. Cipriani Torcell. dioces. et S. Mariae nouae de Venetiis et S. Mariae Anan. pap. prioribus. *In causa que inter — potestatem.* (1224.) Po. 7239. = c. 8. X. (2, 12.)

TIT. VII. DE RESTITUTIONE SPOLIATORUM.

Un. Burgensi Archiepiscopo[1]. Ex parte uenerabilis fratris nostri Tolletani episcopi et quorumdam suffraganeorum suorum nostris est auribus intimatum, quod carissimus in Christo filius noster illustris rex Castellae dilectum filium magistrum B. Segobiensem electum post electionem et confirmationem ipsius, dicendo pro uoluntate sua, quod cum eius assensu eligi debuisset, episcopatu[2] Segobiensi exire coegit, et episcopatus eiusdem bona sicut uoluit et ualuit occupauit. Quia uero, quantumcumque regem ipsum affectuosius diligamus, talia sustinere non possumus nec debemus, uolentes super hoc ex offitio nostro procedere, discretioni uestrae mandamus, quatinus, cum non possint[3] nec debeant in iudicio contendere spoliati, super predicti electi eiectione et inuasione rerum episcopatus ipsius a quocumque factis ueritatem sollicite inquiratis, de quibus si uobis constiterit, dictum electum[4] auctoritate nostra plenarie restituere ac restitutum defendere procuretis; pendente tamen restitutionis articulo uos omnes prouentus tam percipiendos de cetero quam huc usque perceptos integre colligatis et electo assignetis eidem.

TIT. VIII. DE EO QUI MITTITUR IN POSSESSIONEM CAUSA REI SERVANDAE.

1. Archiep. Tiren. *Dilecto filio I. — facultatem.* (1216—27.) Po. 7751. = c. 28. X. (5, 40.)

2. Archidiacono B. Salisberien. diocesis[1]. Significauit nobis I. rector ecclesiae de Witam., quod cum abbatem et conuentum Abendonensem Salisberiensis diocesis coram te super quibusdam decimis non ex delegatione apostolica[2] conuenisset, ipsi lite pendente super eisdem decimis quamdam indulgentiam impetrarunt a nobis, nullam, ut dicitur, facientem de mota super hoc controuersia mentio-

Lib. II. Tit. V. 2. 1) (1216—27.) *Po.* 7749. 2) cum: *deest: c* 3) Hilbike: *a;* Belbiche: *c; Ciron.:* Hisbak *uel* Hisback *legend. esse censet* 4) et: *deest: cde* 5) habens: *d* 6) de ipsius: *de*

Tit. VII. Un. 1) Burdegal.: *ce;* (1216—27.) *Po.* 7750. 2) episcopatum: *ce* 3) possit . . . debeat . . . spoliatus: *d* 4) el. spoliatum: *d*

Tit. VIII. 2. 1) *in e hoc loco incipit tit.* IX. — (1216—27.) *Po.* 7752. 2) sedis apostolicae: *d*

nem; unde dictus I. humiliter supplicauit, ut, cum robur firmitatis habere non debeat, quod a nobis super re litigiosa taliter est obtentum, causam decidi sicut iustitia exigit mandaremus. Quia uero nostrae incumbit sollicitudini, litibus et contentionibus finem imponere, ac ecclesiarum iura integra conseruare, discretioni tuae mandamus, quatinus, si est ita, indulgentia huiusmodi non obstante negotio finem debitum sublato impedimento appellationis imponas.

TIT. IX. UT LITE PENDENTE NICHIL INNOVETUR.

Un. Cancellario cantori et A. dicto marescallo can. Paris. *Dilectus filius magister — formam.* (1216—27.) Po. 7753. = c. 5. X. (2, 16.)

TIT. X. DE SEQUESTRATIONE POSSESSIONIS ET FRUCTUUM.

Un. Priori de Beham (Bynham?) decano de Dalit. (Dallington) et F. can. S. Mariae de Hastinges Cicestr. dioc. *Dilectus filius R. — compescentes.* (1216—27.) Po 7754. = c. 2. X. (2, 17.)

TIT. XI. DE PROBATIONIBUS.

1. Archiep. Lund. et eius suffraganeis. *Ad nostram noueritis — respersus.* (1218.) Po. 5821. = c. 12. X. (2, 19.)

2. Auriensi (Orense) et Lamecensi (Lamego) epp. *Cum causam — procedatis.* (1216—27.) Po. 7755. = c. 13. X. (2, 19.)

3. Ep. et archidiac. Senensib. *Causam matrimonii — remittatis.* (1216—27.) Po 7756. = c. 14. X. (2, 19.)

TIT. XII. DE TESTIBUS ET ATTESTATIONIBUS.

1. Preposito M. Firmanae dioc. *Per tuas nobis litteras — pretermissum.* (1216—27.) Po. 7757. = c. 48 X. (2, 20.)

2. Vallis Oleti et Sacrae Meniae abbatibus Palent. et Segobien. dioces. *Licet dilectus filius — contingat.* (1216—27.) Po. 7758. = c. 49. X. (2, 20.)

3. Preposito et mag. G. et R. de Laudun. canonicis Remensibus. *Presentata nobis — dicta.* (1216—27.) Po. 7759. = c. 50. X. (2, 20.)

4. Pennensi ep. *Nuper nobis a — credi.* (1215.) Po. 7373. = c. 51. X. (2, 20.)

5. Corosipit. et Trecor. epp. *Venerabili fratri nostro — procedamus.* (1225.) Po. 7469. = c. 52. X. (2, 20.)

TIT. XIII. DE TESTIBUS COGENDIS.

1. Priori Montis Riui Massilien. diocesis et sacristae Massilien.[1] Sua nobis uenerabilis frater noster Tholonensis episcopus insinuatione monstrauit, quod, cum Tholonensis ciuitas bis a Sarracenis capta fuerit et destructa, multa instrumenta Tholonensis ecclesiae sunt amissa, propter que grauia iam incurrit ecclesia ipsa dispendia, et grauiora creditur in posterum incursura, nisi super hoc per apostolicae sedis prudentiam consulatur. Unde nobis idem episcopus humiliter supplicauit, ut, cum adhuc quidam supersint, qui plene nouerint[2] de possessionibus et rebus aliis ecclesiae ueritatem, ne processu temporis probationis copia fortuitis casibus subtrahatur, prouidere super hoc ipsi misericorditer dignaremur. Quocirca discretioni uestrae mandamus, quatinus, si est ita, tales, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, ad perhibendum testimonium ueritati monitione premissa per censuras ecclesiasticas appellatione remota cogatis, dicta illorum in scripturam publicam redigi facientes, et si quos forte huiusmodi causa contingit, denuntietis illis, ut huic receptioni testium, si uelint, intersint, et super denuntiatione sic facta faciatis confici publicum instrumentum.

2. Abb. S. Eugenii archidiac. et mag. Bono subd. nostro canonico. Sen. *Dilectorum filiorum — perhibere.* (1216—27.) Po. 7761. = c. 10. X. (2, 21.)

3. Ep. Bononiensi et Andreae et mag. B. Prat. Bon. commoranti canonicis. *Venerabilis frater noster — ueritati.* (1216—27.) Po. 7762. = c. 11. X. (2, 21.)

Lib. II. Tit. XIII. 1. 1) (1216—27.) *Po.* 7760. 2) nouerunt: *ce*

TIT. XIV. DE FIDE INSTRUMENTORUM.

1. Nicalao Scriniario[1]. Cum Lando pater tuus, qui tabellionatus fungebatur offitio, morte preuentus nequiuerit quedam instrumenta, que receperat conscribenda, conficere, nos tam illis, ad quos instrumenta predicta pertinent, prouidere uolentes, quam tibi facere gratiam specialem, deuotioni tuae presentium auctoritate concedimus, ut instrumenta eadem in[2] publicam manum fideliter redigas habitura debitam firmitatem.

2. Decano et capit. sancti Stephani Bisunt.[1] Licet olim innouauerimus priuilegium felicis memoriae Calixti papae predecessoris nostri, ecclesiae Sancti Iohannis Bisunt. concessum, tamen presenti pagina declaramus, quod nostrae intentionis non fuit, ut ius ecclesiae uestrae per hoc in aliquo lederetur, cum per innouationem huiusmodi non acquiratur ius nouum, sed antiquum solummodo conseruetur, unde presentes litteras super hoc uobis in testimonium duximus concedendas.

3. Priori Sanctae Mariae et presbitero Seuerino canonico Sancti Petri Tuscan[1]. Dilecti filii abbas et conuentus monasterii Sancti Iusti, Cisterciensis ordinis, nobis humiliter supplicarunt, ut, cum quedam ipsius monasterii instrumenta depereant consumpta nimia uetustate, faceremus eadem per tabelliones publicos innouari. Quocirca discretioni uestrae mandamus, quatinus instrumenta huiusmodi faciatis auctoritate nostra per manus tabellionis publici exemplari; uolumus enim, ut instrumenta ipsa taliter exemplata pristinam obtineant firmitatem.

TIT. XV. DE IUREIURANDO.

1. Mag. Anselmo DD. et Gerardo can. Antioch. *Petitio uestra — subiacere.* (1216—27.) Po. 7766. = c. 31. X. (2, 24.)

2. Ambian. et Tornac. episcopis et abbati Sancti Vedasti Atrebat[1]. Ad nostram noueritis audientiam peruenisse, quod, cum episcopi, qui a longis retro temporibus Atrebatensi ecclesiae prefuerunt, siue seculares fuerint, siue etiam regulares, canonici esse consueuerunt ecclesiae memoratae, bonae memoriae R. Atrebatensi episcopo uiam uniuersae carnis ingresso, certa die ad eligendum statuta, eiusdem ecclesiae canonici et uenerabilis frater noster Atrebatensis episcopus, tunc archidiaconus et canonicus[2] ipsius ecclesiae, statuerunt, per iuramentum, quo tenebantur ecclesiae, confirmantes, quod quincunque de gremio ipsius ecclesiae, si canonice posset fieri, assumeretur in episcopum, de cetero non esset canonicus in eadem, quod utrum seruari debeat, presertim cum ex hoc dignitatem contigerit[3] et episcopales reditus minorari, prefatus episcopus tanquam uir prouidus et discretus nos duxit humiliter consulendos. Nos igitur saluti eius paterna uolentes sollicitudine prouidere, et nichilominus attendentes, quod iuramentum non ut esset iniquitatis uinculum fuerit institutum, et quod non iuramenta sed periuria potius sunt dicenda, que contra utilitatem ecclesiae[4] attemptantur, discretioni uestrae mandamus, quatinus ad Atrebatensem ecclesiam personaliter accedentes a canonicis antedictis requiratis super premissis diligentius ueritatem, et si ea, que superius sunt expressa, noueritis esse uera, pro huiusmodi iuratione incauta, imposita prefato episcopo penitentia congruente, quod in dampnum episcopalis iuris repereritis taliter attemptatum auctoritate nostra suffulti sublato appellationis obstaculo in statum debitum reducatis.

3. Colocensi archiep. et eius suffraganeis. *Intellecto iamdudum — seruandum.* (1220.) Po. 6318. = c. 33. X. (2, 24.)

Lib. II. Tit. XIV. 1. 1) (1216—27.) *Po.* 7763. 2) in scripturam publicam manu publica: *d*
2. 1) (1216—27.) *Po.* 7764.
3. 1) (1216—27.) *Po.* 7765.

Tit. XV. 2. 1) (1216—27.) *Po.* 7685a. 2) canonici: *cd* 3) contingeret: *a;* contingat: *e* 4) ecclesiasticam: *ac*

TIT. XVI. DE EXCEPTIONIBUS.

1. Dil. filio abbati S. Oberti Leod. dioc. et S. Iohannis et S. Martini decanis Leodiensib. *Olim nostris fuit — impetratis.* (1217.) Po. 5653. = c. 7. X. (2, 25.)

2. Episcopo abbati Sancti Sauini et preposito Sanctae Eufemiae Plac.[1] Conquerente olim abbate Sancti Sixti Placentini, monasterium suum esse a communitate Cremonensi[2] duabus partibus castri et curtis Gustallae[3] per uiolentiam exspoliatum, et eos curtem Lizariae ad idem monasterium pertinentem contra iustitiam detinere, felicis memoriae Innocentius papa predecessor noster bonae memoriae episcopo Regino commisit huiusmodi questionem, *etc. et infra.* Verum ipsi procuratores quosdam, non ad procedendum in causa prout acceperant in mandatis, sed potius ad apostolicum iudicium declinandum, ad nostram presentiam destinarunt; qui licet fori exceptionem opposuerint, sicut uiri prudentes ac in iure periti nobis multipliciter suadere studuerunt, questionem huiusmodi esse relinquendam iudicio seculari. Nos tamen habito super his[4] fratrum nostrorum consilio exceptionem ipsam non duximus admittendam.

3. Episcopo Ebroicen.[1] Innotuit nobis, P. de Sarneriis[2] laico intimante, quod cum G. de Haia, quem bonae memoriae L.[3] predecessor tuus pro eo, quod post susceptum subdiaconatus offitium de facto cum quadam muliere contraxit et sicut laicus cohabitabat eidem, uinculo excommunicationis astrinxit, ipsum super quadam hereditate coram seculari iudice conueniret, ipse contra illum quod excommunicatus esset et quod ei non teneretur respondere excepit; et cum dictus iudex paratus esset huiusmodi exceptionem admittere, si ab ipso laico probaretur, ad te super hoc habuerit laicus ipse recursum; sed tu efficere ut dictus excommunicatus uitari deberet, prout idem laicus asserit, noluisti. Cum autem, sicut in sacris habetur canonibus, episcopi excommunicatorum omnium nomina tam uicinis episcopis quam suis parochianis indicare debeant, eaque in celebri loco posita pre foribus ecclesiae cunctis conuenientibus inculcare, ut excommunicatis ecclesiasticus aditus precludatur ubique, ac excusationis causa omnibus auferatur, fraternitati tuae mandamus, quatinus, si prefatus predecessor tuus ex huiusmodi causa subdiaconum excommunicauit eumdem, petitioni super hoc annuas laici memorati.

4. Archidiac. trans Ligerim offitiali I. Borelli can. Turon. *Dilecti filii — statuatis.* (1216—27.) Po. 7769. = c. 8. X. (2, 25.)

TIT. XVII. DE PRESCRIPTIONIBUS.

Un. Priori et conuentui Lateran.[1] Sedis apostolicae circumspectio, que circa omnes ecclesias suae prouidentiae consueuit adhibere[2] consilium, illarum indempnitatibus propensiori studio debet precauere, que ipsi tanquam membra capiti coherentes specialis sibi necessitudinis uinculo sunt adstrictae. Inde est, quod cum Lateranensis ecclesia speciale membrum apostolicae sedis[3] et Romani pontificis propria sedes existat, statuimus et sancimus, ut sicut contra Romanam ecclesiam non nisi centenaria currit prescriptio secundum constitutiones canonicas et legitimas sanctiones, ita quoque ipsi ecclesiae minoris temporis prescriptio non obsistat.

TIT. XVIII. DE SENTENTIA ET RE IUDICATA.

1. Petro Leonis de Corneto[1]. Cum causam, que inter te ex parte una et Benedictum sindicum communitatis Cornetanae nomine ipsius communitatis ex altera uertebatur, dilecto fratri nostro O. sanctorum Sergii et Bacchi diacono cardinali duxerimus committendam, tu sindico ipso presente in eiusdem cardinalis proposuisti presentia, quod potestas, rectores, sindicus et populus Cornetanus, pro eo quod P. et Phi. laicos de Corneto super quadam uinea, horto et territorio

Lib. II. Tit. XVI. 2. 1) (1216—27.) *Po.* 7767. 2) Cremonae: *de* 3) Wastaliae: *e* 4) sup. his: *deest: ue*
3. 1) (1216—27.) *Po.* 7678. 2) Sameriis: *d;* Saxo: *e* 3) L.: *de; Gironius censet Lucae episcopi mentionem fieri; sed de Iohanne* (1180—92.) *cogitandum est.*
Tit. XVII. Un. 1) *dat. Later.* XXIII. *m. April. ao.* V. (1221.) *Po.* 6627. *in Bullar. Rom. ed. Taur.* III, 379. 2) habere: *cd* 3) ap. sed.: *deest: orig.*
Tit. XVIII. 1. 1) (1216—27.) *Po.* 7770.

auctoritate nostra conueneras, priusquam super his fuisset in eorum curia questio agitata, domum tuam auctoritate propria destruxerunt, in hoc et aliis dampna tibi usque ad centum librarum Pisanarum ualentiam irrogando, exceptis expensis occasione huiusmodi a te factis, quas summam mille solidorum monetae ipsius excedere asserebas, de quibus omnibus tibi petebas iustitiam exhiberi. Predictus uero sindicus proposuit ex aduerso, quod cum contineatur in statuto Corneti, ad cuius obseruantiam Cornetarii prestito iuramento tenentur, ut si qua questio inter aliquos eorum suboritur, prius de ipsa cognosci debeat in curia Cornetana, quia tu curia ipsa omissa predictos P. et Phi. apud sedem apostolicam conuenisti contra predictum statutum temere ueniendo, consules Cornetani, qui tunc erant, domum tuam sicut modo apparet auctoritate ipsius statuti[2] pro eo, quod contra ipsum ueneras licite diruerunt. Quare memoratus sindicus asserebat, te non esse super premissis aliquatenus audiendum. Prefatus autem cardinalis his et aliis, que coram eo fuere proposita, plenius intellectis et nobis fideliter recitatis de mandato nostro et fratrum nostrorum consilio supradictum sindicum nomine communitatis predictae, non obstante, quod postquam fuit in causa conclusum procurator, quem ipse reliquerat, recessit contumaciter, propter destructionem domus, dampna et expensas, super dampnis tamen et expensis taxatione ipsius cardinalis et tuo iuramento premissis, in centum libris Pisanorum tibi sententialiter condempnauit, iuramento quod de seruando predicto statuto prestitum esse dicitur tibi[3] nullum preiudicium afferente, cum omnino sit contrarium iuramento, quo iura ecclesiae Romanae seruare tenentur. Nos itaque quod per eumdem cardinalem super his prouide actum est ratum habentes, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio[4] communimus.

2. Episcopo Brixiensi[1]. Dilecti filii A. et O. et L. monachi monasterii Aquae Nigrae transmissa nobis petitione monstrarunt, quod, cum S. quondam abbas ipsius monasterii Brixiensis diocesis, suis culpis exigentibus, ab eius regimine per uos sententialiter sit amotus, idem S., sententiae uestrae temerarius uiolator monasterium ipsum nichilominus per uiolentiam detentare presumit in propriae salutis dispendium, graue scandalum plurimorum et apostolicae sedis iniuriam et contemptum; his etiam non contentus uobis mendaciter suggerens, se abbatem, ad diuersos iudices diuersas contra eosdem monachos litteras impetrauit, quarum auctoritate ipsos multiplici molestatione fatigans in eosdem de facto excommunicationis fecit sententiam promulgari. Ne igitur illius temeritas aliis transeat in exemplum, si non fuerit debita castigatione repressa, fraternitati tuae[2] per ap. scripta mandamus, quatinus, si est ita, dictum S. ut uestrae[3] sententiae parens humiliter, non obstante quod post ipsam se asserit relectum, monasterium ipsum omnino dimittat, et a qualibet dictorum monachorum molestatione desistat monitione premissa per censuras ecclesiasticas appellatione remota contra litteras quoque, quas sepedictus S. usurpato sibi abbatis nomine dicitur impetrasse, ac quidquid est earum auctoritate presumptum denuntietis penitus non tenere.

TIT. XIX. DE APPELLATIONIBUS.

1. Decano cancell. et cantori Lincoln. *Cum causam — inane.* (1216—27.) Po. 7772. = c. 62. X. (2, 28.)

2. Decano thesaurario et P. Petri canon. Zamor. *Dilecto filio G. — inanem.* (1216—27.) Po. 7773. = c. 63. X. (2, 28.)

3. S. Andreae et Dunckelndensi archidiaconis et mag. Iohanni canon. Dunckeldensi. *Nicolao militi — terminetis.* (1216—27.) Po. 7774. = c. 64. X. (2, 28.)

4. Ep. Martin. N. presbitero canonico Tuscan. *Sua nobis Reinerius — attemptarent.* (1216—27.) Po. 7775. = c. 65. X (2, 28.)

5. Mag. G. archidiac. et offitiali Lemouicen. et archipresb. de Nontron Lemouic. dioces. *Dilecti filii prior — tenere.* (1216—27.) Po. 7776. = c. 66. X. (2, 28.)

Lib. II. Tit. XVIII. 1. 2) stat.: *deest*: *d* 3) ti.: 2. 1) *inscr. deest: cd;* (1216—27.) *Po.* 7771. 2) u.: *c deest: ac* 4) et presentis scriptura paginae: *c* 3) nostrae: *ce*

6. Abbati Sancti Dionisii decano et magistro Coll.[1] Significauerunt nobis uenerabilis frater noster episcopus et dilectus filius decanus et capitulum Beluacen., quod magister I. Siluanectensis Rothomagensis canonicus olim pro assequenda in ecclesia Beluacensi prebenda nostras ad bonae memoriae episcopum Parisiensem et eius collegas litteras executorias impetrauit, cumque iidem partes ad suam presentiam conuocassent, pars predictorum episcopi et capituli recusarunt ipsum Parisiensem episcopum ut suspectum, pro eo quod aduocatum partis alterius clericum et commensalem suum contra eos in causa eadem eis reclamantibus admittebat, cum dixisset publice, sicut erant sufficienter probare parati, se scire firmiter tanquam qui in tractatu ipsius negotii fuerat cum[2] ipso episcopo, qualiter res esset huiusmodi processura, atque ad cognoscendum de causa suspicionis huiusmodi arbitros petierunt, quos quia ipsi iudices denegauerunt eisdem, pro parte ipsorum fuit ad nostram audientiam appellatum. Quocirca mandamus, quatinus, si est ita, reuocato in statum debitum quidquid post appellationem huiusmodi inueneritis temere attemptatum, in causa iuxta priorum continentiam litterarum appellatione remota ratione preuia procedatis.

TIT. XX. DE CONFIRMATIONE UTILI VEL INUTILI.

1. Ill. regi et dil. filiis nobilib. uiris H. Nato et balliuis eius nec non comestabulo baronibus militibus et aliis omnibus uniuersis Cipri. *Venerabilis frater noster — curetis.* (1223—25.) Po 7512a. = c. 8. X. (2, 30.)

2. Uniuers. abbatib. et prelatis aliis ac conuentib. et cleric. in Constantinop. et Chalcedon. dioces. constitutis. *Sua nobis uenerabilis frater — obseruari.* (1216—27.) Po. 7777. = c. 9. X. (2, 30.)

3. Archiepiscopo Tarracon.[1] Ex parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, quod cum nonnulli clerici tuae diocesis plures obtineant parochiales ecclesias, data huiusmodi clericis optione retinendi unam ipsarum ecclesiarum, reliquas possis de licentia nostra[2] idoneis assignare personis, non obstante, quod quidam eorum in fraudem super singulis confirmationes singulas ab apostolica sede, de ipsarum ecclesiarum pluralitate mentione non habita, impetrarunt. Ideoque fraternitati tuae mandamus, quod huiusmodi confirmationibus nequaquam obstantibus super his libere facias appellatione remota quod ad pontificale offitium uideris pertinere, in his que rite ac laudabiliter feceris apostolicum habiturus auxilium et fauorem si duxeris requirendum.

4. Episcopo Morin.[1] Te didicimus intimante, quod tu, cum quosdam diocesis tuae clericos uxoratos suis de mandato nostro benefitiis, que in eadem obtinebant diocesi, spoliaris, quidam eorum per obtentas a nobis contra te super eisdem benefitiis commissionis litteras, in quibus de spoliationis causa mentio non habetur, te super his multipliciter aggrauant et molestant, alii uero confirmationis nostrae litteras in communi forma super eisdem benefitiis, in quibus causa eadem supprimitur, exhibentes tueri se contra te per easdem litteras moliuntur. Nolentes autem per tales litteras mandato nostro et canonicis statutis illudi, decernimus te non teneri ad respondendum per commissiones easdem, et tibi super hoc tales confirmationis litteras non obstare.

Lib. II. Tit. XIX. 6. 1) (1216—27.) *Po.* 7685. 2) coram: *d*

Tit. XX. 3. 1) (1216—27.) *Po.* 7778. 2) tua: *d*
4. 1) (1216—27.) *Po.* 7779.

LIBER TERTIUS.

TIT. I. DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

1. Episcopo Pictauen.[1] Non decet Domini sacerdotes lucris temporalibus more secularium inhiare, unde sacerdotale nomen abhominabile redditur cordibus infirmorum. Ex tua sane relatione didicimus, quod nonnulli ciuitatis et diocesis tuae presbiteri passim questionibus inhiantes, calcata sacerdotalis offitii dignitate, sine delectu aliquo in quibuslibet causis assumunt offitium aduocati, exercentes illud nimium imprudenter pro temporali questu in foro ecclesiastico[2] et ciuili, ex quo nonnullis efficiuntur in scandalum, et aliis in contemptum sunt; et alii tam canonici quam clerici diocesis supradictae, qui clericalis honestatis obliti diuersis et uariis[3] secularibus negotiationibus se immiscent, emptioni et uenditioni mercimoniorum sic dediti, ut negotiatores uerius quam clerici uideantur; quod utique decus facit uilescere clericale. Quia uero ualde, ut asseris, metuis, ne si predicti sacerdotes et clerici ab huiusmodi non quiescant, sicut populus sic sacerdos existat, fraternitati tuae plenam de te fiduciam obtinentes concedimus[4], ut auctoritate nostra illos ualeas a talibus cohibere, nisi proprias causas suas uel ecclesiarum suarum aut personarum miserabilium, que prosequi causas suas nequeunt, fuerint prosecuti, cum inconueniens sit presbiteris ad misterium[5] corporis et sanguinis Domini deputatis, iudiciorum strepitum et lites amare, nec deceat Christi ministros secularibus negotiis implicari, quibus nemo debet deo militans se immiscere.

2. Ambian. ep. *Ex litteris nobilis — defendas.* (1218.) Po. 5784. = c. 16. X. (3, 1.)

3. Decano et capitulo Compostellanis[1]. Si diligenti, *et infra.* Illud autem, quod de habitu clericorum in generali concilio tam generaliter est statutum, fuit frustra in consultatione deductum, cum satis uerba sint liquida, et nos ea nolumus sua firmitate carere. Consuluistis tandem de clericis, qui chori silentium fugientes intendunt externis collocutionibus laicorum, dumque auditum ad indebitos sermones effundunt, aures intentas non porrigunt ad diuina, si quid de talibus in eodem consilio noscitur institutum canon fuit latae sententiae uel ferendae; ad quod breuiter respondemus, quod penam illa constitutio non infligit, sed potius comminatur et exprimit infligendam, que merito ad illos extenditur, qui quamuis in choro inter celebrantes existant, sermonibus tamen illicitis et linguas et aures inuoluunt, cum non solum in se ipsis offendant, sed etiam aliis impedimento tales existant.

TIT. II. DE CLERICIS CONIUGATIS.

1. B. quondam reginae Anglorum illustri. *Ex parte tua fuit — impertiri.* (1211.) Po. 5755. = c. 9. X. (3, 3.)

2. Episcopo Morin.[1] Ad aures nostras te significante peruenit, quod quidam clerici tuae diocesis, qui matrimonia solempniter contraxerunt, ecclesiastica retinere benefitia, que prius habuerant, non uerentur, praue[2] terrae consuetudinem pretendentes, ideoque presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus contra dictos clericos, si in sacris ordinibus constituti receperunt uxores, nisi eas post tuam commonitionem dimiserint, iuxta canonica instituta procedas; si uero uxores in minoribus constituti ordinibus acceperunt, cum eos cogitare oporteat, quomodo illis placere ualeant et seruire, ipsos non differas huiusmodi benefitiis spoliare.

3. Episcopo Clugien.[2] Dilectus filius magister E. canonicus ecclesiae de Trilin.[2] exposuit coram nobis, quod cum Viuianus quondam ipsius ecclesiae clericus, Paduanae diocesis, ordine clericali et eadem ecclesia derelictis, sibi

Lib. III. Tit. I. 1. 1) (1216—27.) *Po.* 7780. 2) ecclesiae: *d* 3) uar.: *deest: cd* 4) *add.*: et concessum esse ostendimus: *a* 5) ministerium: *cs*
3. 1) Compostellano: *d;* (1216—27.)

Tit. II. 2. 1) (1216—27.) *Po.* 7781. 2) prauam: *a*
3. 1) (1216—27.) *Po.* 7783. 2) Trilimensis: *a;* Tlimensis: *c* (*Teolof*)

quamdam mulierem matrimonialiter copularit, et diutius incedendo in habitu seculari exercuit offitia ciuitatis, nunc idem V. gestiens ad ecclesiam redire predictam, non habita de predictis aliqua mentione, quasdam a nobis ad te litteras reportauit, quarum auctoritate in eadem ecclesia ingressum nititur rehabere. Cum igitur mendax precator carere debeat impetratis, mandamus, quatinus si premissis ueritas suffragatur, reuocato si forsan auctoritate litterarum huiusmodi contra eamdem ecclesiam processisti, de cetero non procedas.

4. Idem ep. Lingon. *Ut consultationi — clericalem.* (1216—27.) Po. 7783. = c. 10. X. (3, 3.)

TIT. III. DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS IN ECCLESIA.

1. Prepos. de Valeriis. *Ex parte tua fuit — incurris.* (1216—27.) Po. 7784. = c. 13. X. (3, 4.)

2. Capit. Metensi. *Cum dilectus filius — promouentur.* (1216—27.) Po. 7785. = c. 14. X. (3, 4.)

3. Meldensi ep. *Ad audientiam nostram — commorantur.* (1216—27.) Po. 7786. = c. 15. X. (3, 4.)

TIT. IV. DE PREBENDIS.

1. Abb. et priori S. Genouefae. *Licet uobis direxerimus — faciatis.* (1216—27.) Po. 7787. = c. 32. X. (3, 5.)

2. Priori Norwicen. electo camerario nostro ap. s. l.[1] Quesiuisti a nobis, utrum clericus obtinens benefitium, quod curam habet animarum annexam, recipiendi archidiaconatus offitium et utrumque retinendi liberam obtineat absque dispensatione sedis apostolicae facultatem. Tu autem, cum ignorare non debeas, quod benefitium, ad quod cura pertinet animarum, personam exigat, que personaliter in ipso resideat, et ad archidiaconum spectet, de his que inquirenda sunt, tanquam episcopi oculum indagare, propter hoc neutrum bene peraget cogitans de utroque: quid sit super eligendum satis potes cognoscere per teipsum.

3. Ep. Vesprim. *Exposuisti nobis — portione.* (1225.) Po. 7351. = c. 33. X. (3, 5.)

4. Bituricensi archiep. ap. s. leg. *Ad audientiam nostram — factum.* (1216—27.) Po. 7789. = c. 31. X. (1, 3.)

5. Ep. priori et archidiac. Maclouien. *Dilectus filius G. — comparatur.* (1216—27.) Po. 7790. = c. 34. X. (3, 5.)

TIT. V. DE CLERICO EGROTANTE VEL DEBILITATO.

Un. Ep. Auersan. *Consultationibus — uoluntate.* (1216—27.) Po. 7791. = c. 6. X. (3, 6.)

VI. DE CONCESSIONE PREBENDAE ET ECCLESIAE NON VACANTIS.

1. Ep. prepos. et cantori Camerac. *Cum dilecta—presumat.* (1216—27.) Po. 7792. = c. 16 X. (3, 8.)

2. Archiepiscopo Bituricen.[1] Ex parte tua fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum collatio prebendarum Bituricensis ecclesiae ad te simul et ecclesiae ipsius capitulum pertinere noscatur, ne si forte aliquando prebendas ultra sex menses uotis uestris dissidentibus uacare contingit, ibidem tibi obiciatur, quod eas conferre non possis, eo quod in earum collatione fuisse sicut et alii negligens uidearis, et sic impediatur potestas conferendi easdem ad te secundum sanctiones canonicas per lapsum semestris temporis deuoluta, super hoc debita prouidere sollicitudine dignaremur. Volentes igitur honorem tuum et iura illibata seruare, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut prebendas[2], quas in ecclesia ipsa ultra sex menses uacare contigerit, libere conferre ualeas personis idoneis, exceptione

Lib. III. Tit. IV. 2. 1) Priori: *deest: a;* Toruicensi: *a;* Ormicensi: *c;* H. electo Cant. ap. se. le.: *e;* ipsas: *d* (1216—27.) *Po.* 7788. Tit. VI. 2. 1) (1216—27.) *Po.* 7793. 2) preb.

huiusmodi non obstante, nisi forsan causam prestiteritis, ut ultra prefatum tempus ipsarum collatio differatur.

TIT. VII. UT SEDE VACANTE NICHIL INNOVETUR.

1. Ep. Caluen. et magistris I. et V. canonicis Suessen. *Illa deuotionis — inductum.* (1216—27.) Po. 7794. = c. 2. X. (3, 3.)

2. Mauritio ep. Burgensi. *Constitutis olim — reseruata.* (1216—27.) Po. 7795. = c. 3. X. (3, 9.)

TIT. VIII. DE HIS QUE FIUNT VEL CONCEDUNTUR A PRELATIS SINE CONSENSU CAPITULI.

1. Archiep. Senon. et eius suffrag. *Etsi membra — dinoscuntur.* (1216—27.) Po. 7796. = c. 10. X. (3, 10.)

2. Marturan. et Croton. episcopis et abbati de Frigido Geneo Castren. diocesis[1]. Dilecto filio Rufo abbate sanctae Mariae de Carra accepimus referente, quod, cum ipse citatus a nobis pro causa, que uertebatur inter se et monasterium eiusdem Carra, quod ad sedem apostolicam nullo pertinet[2] mediante, ex parte una et uenerabilem fratrem nostrum episcopum et capitulum Neocastrense ex altera, super eo, quod idem episcopus et capitulum monasterium ipsum ad se pertinere dicebant, cum quibusdam monachis suis ad nostram presentiam accessisset, reliqui eiusdem monasterii monachi compositionem quamdam ipsius abbatis irrequisito consensu[3] in eiusdem preiudicium et grauamen monasterii sui temere cum predictis episcopo et capitulo inierunt. Cum igitur temerarium fuerit predictos monachos, irrequisito abbate ipsorum[4], compositionem inire, quantumcumque uideretur[5] utilis, super eadem causa, in qua de subiectione ipsius abbatis et sui monasterii agebatur, discretioni uestrae mandamus, quatinus, huiusmodi compositionem auctoritate nostra decernentes irritam et inanem, per eam non permittatis sepedictum monasterium molestari, contradictores si qui fuerint uel rebelles per censuras ecclesiasticas appellatione postposita compescendo.

3. Episcopo archidiacono et cantori Trecen.[1] Dilecti filii abbas et conuentus Pulteriensis[2] nobis humiliter supplicarunt, ut, cum idem monasterium per dilapidationem R., quondam abbatis ipsius, qui tanquam dissipator multa et diuersa contraxit debita, tanto grauetur honere debitorum, quod ipsi ad solutionem non sufficiunt[3] eorumdem, prouidere super hoc eis misericorditer dignaremur. Volentes igitur ipsius monasterii, quod ad nos specialiter pertinet, indebitis grauaminibus obuiare, discretioni uestrae mandamus, quatinus auctoritate nostra, sublato appellationis impedimento, prouidere curetis, ne super debitis, que nec de conuentus aut maioris et sanioris eius partis assensu, nec pro utilitate monasterii ab ipso R. contracta fuerunt, abbas et conuentus iam dicti pretextu litterarum ipsius R., cum pleraque ipse fecisse dicatur etiam post amotionem[4] suam, super debitis per litteras molestentur.

TIT. IX. DE HIS QUE FIUNT A MAIORI PARTE CAPITULI.

Un. Archiepiscopo Vienn.[1] Dilecti filii capitulum[2] Maurianensis ecclesiae suis nobis litteris intimarunt, quod ecclesia ipsa pastoris solatio destituta, ipsi potestatem eligendi sibi episcopum in tres ipsius loci canonicos contulerunt; ita uidelicet, ut is[3] pro electo ab omnibus haberetur, qui esset electus ab illis uel etiam[4] a duobus eorum, si tertius discordaret; cumque duo ipsorum, tertio discordante, dilectum filium I., decanum ipsius ecclesiae, uirum, ut asserunt, moribus et etate maturum et in temporalibus et spiritualibus prouidum elegissent, tu et capi-

Lib. III. Tit. VIII. 2. 1) (1216—27.) *Po.* 7797. 2) pertinet: *d* 3) assensu: *d* 4) eorum: *de* 5) uideatur: *d*
3. 1) (1216—27.) *Po.* 7798. 2) *sic recte: a; Pothieres.* 3) sufficiant: *d;* sufficuerit: *a* 4) admonitionem: *ac*
Tit. IX. Un. 1) (1216—27.) *Po.* 7799. 2) canonici: *d* 3) is: *deest: ce* 4) et.: *deest: d*

tulum Viennensis[5] ecclesiae ipsam electionem uobis de consuetudine presentatam, ut confirmaretis eamdem, irritam decreuistis, pro eo, quod duo canonici ecclesiae sepedictae in electores prefatos non contulerunt uota sua, et quia quidam alius in eosdem uotum suum contulit, si omnes ipsi electores pariter concordarent, alius uero appellationis interiecisse obstaculum dicebatur. Quare prefatum capitulum multa nobis instantia supplicauit, ut predictum decanum, quem ecclesiae suae affirmant esse perutilem, eis de plenitudine potestatis in episcopum concedere dignaremur. Licet igitur de prouisione ipsius ecclesiae, cui ex defectu pastoris graue dispendium imminere asseritur, debitam sollicitudinem habeamus, quia tamen persona predicti decani est nobis incognita, petitionem ipsius capituli absolute nequiuimus exaudire; gerentes autem de tua charitate fiduciam specialem, fraternitati tuae mandamus, quatinus, si decanum ipsum inueneris ad onus idoneum pontificalis offitii, et maior et sanior pars ipsius capituli consenserit in eumdem, tu, processu electionis seu cassationis predictae ac contradictione paucorum[6], nisi aliquid[7] rationabile obiecerint et probauerint, nequaquam obstantibus, illum preficias in episcopum ecclesiae supradictae.

TIT. X. DE REBUS ECCLESIAE ALIENANDIS VEL NON.

1. Conuentui Sancti Tomae de sancto Amato Pistorien. diocesis[1]. Proponentibus olim abbate et conuentu sancti Antonini, ecclesiam suam debitorum onere aggrauatam, et humiliter postulantibus, ut concederemus, quod alique de possessionibus ipsius ecclesiae[2] minus utiles uenderentur, ut ex earum pretio debita soluerentur, nos eorum postulationibus annuimus in hac parte; ipsi autem non eiusdem ecclesiae, sed uestri monasterii, licet illi subiecti, et res alias idem monasterium contingentes uenerabili fratri nostro Pistoriensi episcopo uendiderunt; quare archidiaconus et archipresbiter Senensis propter hoc partes de mandato nostro ad sedem apostolicam citauerunt, quibus coram nobis postmodum constitutis, nos huiusmodi contractu rescisso, uos et fideiussores uestros ac eiusdem monasterii homines a iuramenti et cuiuslibet obligationis alterius ac excommunicationis uinculo, quo tenebamini eiusdem occasione contractus, duximus absoluendos, in eum statum prefatum monasterium reducentes, in quo ante contractum predictum noscitur extitisse.

2. Pragen. episcopo[1]. Postulasti per sedem apostolicam edoceri, utrum tibi quasdam decimas, quas quidam antecessores tui pro quibusdam uillis, religiosis concessere quibusdam, auctoritate tibi liceat propria reuocare; ad quod tibi duximus breuiter respondendum, quod si concessionem talem contra canones in ecclesiae tuae preiudicium uideris attemptatam, ipsam debes auctoritate superioris legitime reuocare.

TIT. XI. DE LOCATO ET CONDUCTO.

1. Abb. et conuentui S. Petri de Pratellis Lexou. dioc. *Vestra nobis relatio — extendi.* (1216—27.) Po. 7802. = c. 2. X. (3, 18.)

2. Archiepiscopo Narbon.[1] Ex parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut quasdam possessiones ecclesiae tuae in emphiteusim perpetuam concedendi ad uineas plantandas in eis, tibi licentiam concedere dignaremur, cum speres exinde prouentus ipsius ecclesiae augmentandos. Nos itaque de tua discretione plenam in domino fiduciam obtinentes, fraternitati tuae licentiam concedimus postulatam, dummodo ad id capituli tui consensus accedat.

TIT. XII. DE PIGNORIBUS.

Un. Archiepiscopo Colonien. et suffraganeis eius et aliis eccle-

Lib. III. Tit. IX. Un. 5) Merienensis: *c*; Maurianensis: *e* 6) ipsius capituli: *a* 7) aliud: *de*
Tit. X. 1. 1) (1216—27.) *Po.* 7800. 2) poss. suis: *d*
2. 1) (1216—27.) *Po.* 7801. 2) Bragenensi: *a*; Higgensi: *c*
Tit. XI. 2. 1) (1216—27.) *Po.* 7803.

siarum prelatis per Colonien. prouinciam constitutis[1]. Cum sepe contingat, aduocatos aduocatias, quas in ecclesia obtinent, aliis obligare titulo pignoris, in ecclesiarum ipsarum non modicam lesionem, nos indempnitati ecclesiarum paterna uestrarum uolentes sollicitudine prouidere, uobis presentium auctoritate concedimus, ut si aduocati ecclesiarum uestrarum aduocatias suas uobis obligare uoluerint pignori, uos eas recipere ualeatis, nec fructus prouenientes ex eis in sortem teneamini computare, hi autem, qui eas obligauerint a seruitio, in quo uobis pro aduocatiis tenebantur, interim sint immunes.

TIT. XIII. DE TESTAMENTIS.

Un. Fredericus imperator[1]. Hac edictali, *et infra.* Omnes uero peregrini et aduenae libere hospitentur ubi uoluerint[2], et hospitati, si testari uoluerint, de rebus suis ordinandi liberam habeant facultatem, quorum ordinatio inconcussa seruetur. Si uero intestati decesserint ad hospitem nichil perueniat, sed bona ipsorum per manus episcopi loci tradantur, si fieri potest, heredibus, uel in pias causas erogentur; hospites[3] uero, si aliquid de bonis talium contra hanc nostram constitutionem habuerint, triplum episcopo restituant, quibus uisum fuerit assignandum, non obstante statuto aliquo aut consuetudine seu etiam priuilegio, que hactenus contrarium inducebant. Si qui autem contra presumpserint, eis de rebus suis testandi interdicimus facultatem, ut in eo puniantur, in quo deliquerunt, alias prout culpae qualitas exegerit puniendi.

TIT. XIV. DE SUCCESSIONIBUS AB INTESTATO.

Un. Archiepiscopo Lund. et eius suffraganeis[1]. Etsi multis a sanctis patribus argumentis fuerit laboratum, ut qui ferunt uasa domini mundi fiant, quia tamen usque adeo princeps mundi quosdam clericos et presbiteros illecebris mundanis inuoluit, ut munda respuant et immundam sobolem de immundo procreare contubernio non formident, eos saltem[2] ut amplius erubescant in hoc uolumus et debemus punire, quod eorum progenies sic exorta in paternis hereditatibus non succedat. Quocirca fraternitati uestrae mandamus[3], quatinus in diocesibus uestris districtius inhibere curetis, ne[4] filii presbiterorum et clericorum, quos iidem post sacri nuper generalis[5] statuta concilii in sacris ordinibus constituti turpiter genuerunt, ipsis in hereditate paterna succedant, et propinquiores sui sanguinis preter illos ad eorum hereditatem facientes admitti, contradictores per censuras ecclesiasticas, appellatione postposita, compescatis.

TIT. XV. DE SEPULTURIS.

Un. Magalon. ep. *Abolendae consuetudinis — puritatis.* (1216—27.) Po. 7804. = c. 13. X. (3, 28.)

TIT. XVI. DE DECIMIS ET OBLATIONIBUS[1].

1. Abbati et conuentui sancti Pontii[1]. Cum, sicut ex uestra insinuatione didicimus, quasdam habeatis ecclesias, in quarum parochiis decimae a laicis per uiolentiam detinentur, que quidem ad ecclesias ipsas pertinere noscuntur, nos uestris supplicationibus inclinati auctoritate presentium inhibemus, ne decimae ipsae, cum eas iidem laici dimiserint, ad alios quam ad ecclesias easdem deuoluantur.

2. Decano et capitulo Compostellano[1]. Si diligenti uoluissetis medita-

Lib. III. Tit. XII. Un. 1) *Kal. Mart. ao.* V. 1221. *Po.* 6572.

Tit. XIII. Un. 1) *c.* 8. *cf. ad c.* 2. (1, 1.) 2) ubi uol.: *deest: d* 3) hospes. . . . habuerit (*et sic deinceps. numer. singul.*): *orig.*

Tit. XIV. Un. 1) *dat.* II. *Non. Mai. ao.* II. (1208.) *Po.* 5777. *ap. Liljegren Swensk dipl.* I, 195. 2) sane: *d: deest: e* 3) per ap. scripta mand.: *orig.* 4) ut . . . non: *d* 5) uniuersalis: *d; deest: orig.*

Tit. XVI. 1) de dec. et uicesimis: *a;* de dec. et primitiis et oblat.: *c;* et obl.: *deest: e*

1. 1) *S. Pons de Tornieres* — (1216—27.) *Po.* 7805.

2. 1) (1216—27.) *Po.* 7806.

tione pensare, ad quid[2], cuius intuitu, quo[3] tempore sit soluenda uigesima, non tot consultationes in ipsa nimis sollicito exquireretis ingenio, quoniam dubium mentis liberalitas manuum excluderet, et anticiparet solutio questionem. Sane cum generalis concilii fuerit approbatione statutum, ut omnes omnino clerici, tam subditi quam prelati, ecclesiasticorum uigesimam prouentuum usque ad triennium conferant in subsidium terrae sanctae, non oportuit uos de cottidianis dubitare stipendiis, que in pane, uino ac pecunia numerata consistunt, quin uigesima debeat[4] inde deduci, de quibus, ut minus difficultatis ac periculi receptoribus ingeratur, si ad eos uigesima[5] transierit, ante diuisionem uigesima deducatur, et sic dubitatio tollitur de uigesimandis illis denariis, quos superpositam[6] appellatis; nec multum dubii remanet de panibus illis, quos dicitis in uestro uulgari reguaffas, cum, sicut accepimus, tanquam certi redditus et[7] certis temporibus exsoluantur, unde cur uigesimam non debeant, non uidemus; et quamuis non de singulis congrue, competenter tamen de pluribus uno uel diuersis temporibus prout occurrerit numerus, poterit uigesima statuta de panibus ipsis uel ipsorum estimatione deduci. De illa uero pecunia, que ante inchoationem huius presentis anni, a natiuitate beati Iohannis incepti, uobis obuenerat, cuius possessionem apprehenderatis[8] ante anni inchoationem eiusdem, licet post inter uos fuerit distributa, nolumus uos ad uigesimam teneri; quoniam regulariter constitutio non ad preterita trahitur, sed futura[9], et distributio illa non plus portionis in singulos contulit, quam singulis proportionaliter antea debebatur, ex summa, que tunc ex nulla sui parte obnoxia erat uigesimae postmodum institutae, nec illam pecuniam uigesimare tenemini, quam recepistis[10] mutuo, ut ceteris temporibus suppleantur cottidiana stipendia, dummodo ipsa pecunia de uigesimatis prouentibus exsoluatur. Ad hec cum sit in serie predictae constitutionis expressum, ut omnes omnino clerici, tam subditi quam prelati, ecclesiasticorum prouentuum uigesimam usque ad terminum[11] conferant, superflue dubitastis de archidiaconis et quibusdam aliis clericis, quin teneantur uigesimam soluere de prouentibus illis, qui ex gratia, intuitu tamen offitii uel loci ecclesiastici prouenire noscuntur, nisi forsan aliqua exenia sint, que ad esculentum uel poculentum pertineant, sic tamen quod non producantur ad munerum qualitatem, quod melius poterit ipsa rei ostensione, quam statuta[12] expressione discerni. Per hec ergo de procurationibus dubitatio tollitur, nisi forte secundum quorumdam reprobatum abusum pecunia redimatur, sed cur talis pecunia uigesimari non debeat ignoramus. Ceterum ad illarum oblationum uigesimam, que non in pecunia, sed in quibusdam minutis et in talibus, que seruando seruari non possunt, uidelicet[13] frustulis, ut uestris uerbis utamur, et lacte consistunt, quorum de facili non inueniuntur emptores, nolumus uires predictae constitutionis extendi. Quod si forsan uendi contigerit, de pretio uigesima deducatur, sed caueant, ne dolo a uenditione desistant, quoniam qui fraudem scienter committunt, uinculum excommunicationis incurrunt.

3. Rectori ecclesiae Sanctae Mariae de Rubiol.[1] Ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod in parochia ecclesiae tuae ueteres percipis decimas integraliter, per hoc credens, quod ad te debeant in eadem parochia noualium etiam decimae pertinere; sed uenerabilis frater noster episcopus Nouariensis huiusmodi noualium decimas R. canonico Nouariensi, quasi hoc potuerit de consuetudine, que dicenda esset uerius corruptela, concessit; pro quo quidem[2] ad quosdam ipse iudices nostras litteras impetrauit, qui contra te iniquam diffinitiuam sententiam protulerunt, a qua tu ad nos uocem appellationis emittens, aliis obtinuisti negotium delegari. A nobis ergo humiliter postulasti, ut de indulgentia nostra in parochia ecclesiae tuae, in qua ueteres percipis decimas, haberes etiam percipiendi

Lib. III. Tit. XVI. 2. 2) ad quid: *deest: d* 3) et quo: *de* 4) debet: *d* 5) uicesimata: *a;* uigesimata: *e* 6) superpositum: *d* 7) et: *deest: ce* 8) apprehendistis: *d* 9) ad fut.: *ce* 10) rescriptis: *ce* 11) usque ad term.: *deest: ae* 12) statuti: *ce* 13) *add.:* debilibus: *a; add.:* oleribus: *e*

3. 1)(1216—27.) *Po.* 7807.—Nibiola: *a;* Dembiola: *c* 2) quidam ad quos: *a;* quidem ad quos ipsos iudices . . . impetrarunt: *c;* ad quos ipse nostras: *e*

decimas de noualibus facultatem. Cum ergo perceptio decimarum ad parochiales ecclesias de iure communi pertineat, per quod decimae noualium, que fuerint in parochiis earumdem, ad ipsas spectare noscuntur, tibi et ecclesiae tuae predictorum noualium decimas indulgemus, ita quod ex hoc eidem canonico quoad uixerit, si eum contra te obtinere contigerit, nullum fiat preiudicium, post eius tamen decessum supradictae decimae ad tuam ecclesiam deuoluantur.

4. Nobilibus uiris Palentinae diocesis[1]. Cum decimae sint domino debitae, quas in signum uniuersalis dominii sibi dominus reseruauit, de his, non ut de proprio, sed tanquam de re alii debita facere deberetis, cum si eas quibus non debentur soluatis, non contingat uos a debito liberari; unde mirati sumus, quod, sicut referente uenerabili fratri nostro episcopo Palentino didicimus, decimas prediorum uestrorum non soluitis ecclesiis, in quarum territorio excoluntur, cum debeantur eisdem, sed pro uestro arbitrio, per quemdam abusum distribuitis quibus uultis. Quia uero laici nedum disponere de decimis, sed eas, cum diuini iuris existant, nequeunt etiam possidere, Ozae[2] terrere debet exemplum, qui pro eo, quod ad arcam, cum inclinaretur, licet animo erigendi eam, manus extendit, a domino, cum ei hoc non licuerit, est percussus, uniuersitatem uestram monemus, quatinus, abusu non obstante huiusmodi, decimas ecclesiis, quibus debentur, integre persoluatis, cum uobis iuxta predicta dispensatio non competat earumdem.

TIT. XVII. DE REGULARIBUS ET TRANSEUNTIBUS AD RELIGIONEM.

1. Magistris R. et W. de sancto Laudo doctoribus decretorum, et W. de Castaneto canonico Aquen. Bononiae commorantibus[1]. Litteras, quas super negotio Iohannis scolaris Bononensis, quod uestro duxeramus examini committendum, uestra nobis deuotio destinauit, benigne recepimus, et earum tenore pleno concepimus intellectu, dilecto filio magistro Petro, procuratore scolaris ipsius, eum infra probationis tempus ab ordine predicatorum exisse firmiter asserente. Ideoque discretioni uestrae mandamus, quatinus, si uobis constiterit, memoratum I. nulla facta professione ab ordine iam dicto infra tempus probationis exisse, denuntietis ipsum[2] ad obseruationem eiusdem uel alterius ordinis non teneri.

2. Abbati Cisterc. et uniuersis coabbatibus eius et fratribus sub eodem ordine deo seruientibus[1]. Constituti, *et infra*[2]. Significastis siquidem nobis, quod in quibusdam partibus consuetudo detestabilis inoleuit, uidelicet, quod cum aliqui emulantes carismata meliora, monasteria uestri ordinis uolunt causa religionis intrare, ut ibi domino famulentur, capellani[3] eorum, donec ab ipsis que mortuarium nuncupatur[4] extorqueant, prout a parochianis suis decedentibus consueuerunt accipere, illis[5] temere se opponunt. Quare super hoc nostrae[6] prouidentiae remedium flagistatis[7]. Volentes igitur[8] abusum corruptelae huiusmodi aboleri, auctoritate uobis[9] presentium indulgemus, ut capellanorum[10] contradictione huiusmodi non obstante, liberas personas ad uos e seculo fugientes libere recipere ualeatis.

3. Sancti Mauritii, et de Martiniaco prioribus, Sedunen. dioc. et sacristae Sedunen.[1] Dilectus filius I. canonicus Sedunensis in nostra presentia constitutus proposuit, quod idem in monasterio de Senterio Cisterciensis ordinis simpliciter et sine qualibet protestatione intrauit, sed idem non ualens asperitatem ordinis sustinere, exinde infra tempus probationi prefixum exiuit; unde postulauit

Lib. III. Tit. XVI. 4. 1) nobilibus Placentinis: *e*; (1216—27.) *Po.* 7808. 2) eos Ozae: *d*

Tit. XVII. 1. 1) (1216—27.) *Po.* 7809. 2) *add.*: ob hoc: *ce*

2. 1) *dat.* II. *Kal. Ian. ao.* III. (1218.) *ap. Hasselbach Cod. Pomeran.* I, 275; *Po.* 5951. 2) *omissum est:* iuxta uerbum prophetae licet insufficientibus meritis super gentes et regna, offitii nostri debitum decenter exequimur, cum euellimus euellenda et plantanda plantamus, recta regimus et dirigimus indirecta: *orig.* 3) archidiaconi: *orig.* 4) ab eis prius que mortuaria nuncupantur: *d* 5) illi: *orig.* 6) uestrae: *orig.* 7) postulastis: *ib.* 8) ergo: *ad* 9) uob.: *deest: orig.* 10) archidiaconorum: *orig.*

3. 1) (1216—27.) *Po.* 7810.

a nobis, ut cum ibi professionem non fecerit, super hoc ab eius conscientia dignaremur totius dubitationis scrupulum remouere. Ideoque mandamus, quatinus si uobis constiterit de premissis, ipsum I. denuntietis ad predicti ordinis uel alterius obseruantiam occasione huiusmodi non teneri.

4. Ep. Venet. *Ex parte tua — compellas.* (1216—27.) Po. 7811. = c. 22. X. (3, 31.)

TIT XVIII. DE CONVERSIONE CONIUGATORUM.

Un. Ep. decano et thesaurario Lingon. *Significauit nobis — permittatis.* (1216—27.) Po. 7812. = c. 18. X. (3, 32.)

TIT. XIX. DE VOTO ET VOTI REDEMPTIONE.

Un. Electo Mediolanensi[1]. A. presbiter[2], ecclesiae Mediolanensis[3] canonicus nobis humiliter supplicauit, ut cum teneatur ex uoto beati Iacobi limina uisitare, ac propter quamdam occultam infirmitatem corporis qua laborat sine uitae periculo nequeat, sicut credit, tanti labores[4] itineris sustinere, uotum ipsum commutare in aliud dignaremur. Ideoque discretioni tuae mandamus, quatinus prouide indagata ueritate uotum ipsum, si necessitas uidebitur id exposcere, auctoritate nostra commutes in satisfactionem aliam competentem, prouiso, ut sumptus, quos esset facturus in uia, conuertat in opera pietatis, et laborem redimat corporis ieiuniis et orationibus sollicitius insistendo.

TIT. XX. DE STATU MONACHORUM.

1. Salisber. et Bregad. preposit. *Postulastis per nostras — sanctae.* (1216—27.) Po. 7814. = c. 11. X. (3, 34.)

2. Abbati et priori sancti Victoris Parisien. Andegauen.[1] et Rothomag. diocesis. Habentes lumbos precinctos, *et infra.* Sane nostris est auribus intimatum, quod, cum ante generale concilium apud monasterium uestrum filii abbas et prior sancti Victoris, abbatum et priorum abbates proprios non habentium, uestro monasterio subiectorum ordinis uestri commune consueuerit capitulum celebrari, et per illud de suis claustris exstirpari spinas et tribulos uitiorum et plantari uirtutum genimina in eisdem, constitutione in eodem concilio edita pro reformandis monasteriis monachorum, ut in singulis regnis siue prouinciis fieret de triennio in triennium saluo iure diocesanorum pontificum commune capitulum abbatum et priorum, abbates proprios non habentium, qui non consueuerunt tale concilium celebrare, et extensa constitutione huiusmodi ad canonicos regulares iuxta sui ordinis instituta seruanda, quidam abbates et priores monasteriorum, que[2] uestro monasterio sunt subiecta ordinis uestri contempserunt ad huiusmodi capitulum conuenire, qui ex hoc non immerito opera tenebrarum presumuntur[3] habere, ac sic ritus celebrandi commune capitulum, qui ex constitutione predicta debuit fortius obseruari, in desuetudinem abiit et in eneruationem[4] obseruantiae regularis. Cum igitur huiusmodi capituli celebratio sit canonicae institutionis custodia, eo quod in ipso praua in rectitudinem et aspera in uias planas, euellendo nociua et plantando salubria dirigantur, discretioni uestrae mandamus, quatinus, conuocatis abbatibus et prioribus, abbates proprios non habentibus, ordinis uestri monasterio uestro subiectis, et eos qui uenire contempserint ad id, dummodo non sint impedimento canonico prepediti, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam appellatione postpostita compellentes, celebretis apud sanctum Victorem commune capitulum more solito, et procedatis in eo deum pre oculis habentes iuxta constitutionem

Lib. III. Tit. XIX. 1. 1) *dat.* II. *Non. Nou. ao.* I. (1216.) *Po.* 25651. 2) presb.: *deest: ds;* Madin.: *e;* Modeciensis: *codex a Cironio collat.* 4) laborem: *cs*

Tit. XX. 2. 1) Angen.: *a;* Angenen.: *c;* (1216—27.) *Po.* 7815; *in e hoc loco aliud sequitur capitulum:* Idem S. Remegii Remen. et Macer. abbatib. Sapientia *et infra.* Volumus et mandamus, quatinus rectores monasteriorum uestrorum dioces., quos uisitatores predicti uobis a suis locis denuntiauerunt amouendos, singuli uestrum in sua diocesi sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo non differatis amouere; alioquin poteritis non immerito formidare, quod uobis minus iurisdictionis relinquetur, quam habuistis hactenus et habetis. 2) qui . . . subiecti: *d* 3) dicuntur: *c;* conuincuntur: *d* 4) derogationem: *d*

concilii memorati, eadem censura facturi, que in eo deliberatione prouida fuerint ordinata, firmiter obseruari; ut autem que statuta fuerint magis teneantur memoriter et seruentur, uolumus et mandamus huiusmodi capitulum singulis annis celebrari.

3. Preposito et canonicis de Petouio[1] Cenadiensis diocesis. Sicut uenerabilis frater noster Cenadiensis episcopus olim nobis exposuit, idem in suae reperit promotionis initio ecclesiam uestram, que nigrorum fuerat monachorum, in spiritualibus et temporalibus destitutam et consistentes ibi personas regulari abiecta obseruantia inter alia, que committebant enormia, inter septa loci eiusdem falsam fabricare monetam, ita quod distractis propter hoc mobilibus et immobilibus in eam cruces ecclesiae, nec non calices et alia uasa sacra conflarent. Cumque ipsius loci monachi ex tantorum criminum conscientia indignationem regiam et eiusdem episcopi metuentes ab eadem ecclesia migrauissent, et de regularibus ei non posset[2] personis commode prouideri, episcopus ipse cum beato Augustino „claudos habere maluit, quam mortuos deplorare." Unde predictam ecclesiam personis uacuam et facultatibus spoliatam de secularibus duxit canonicis ordinandam, te, fili C., cuius expertam habebat industriam in ipsius prepositum instituto. Nos igitur ipsius regis et eorumdem episcopi et capituli ac uestris precibus inclinati, quod ab eodem episcopo factum est super hoc ratum habentes, ordinationem eamdem auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

4. Abbatib. et monachis in Lombardia et Marchia Teruisina constitutis. *Ea que pro — obseruari.* (1216—27.) Po. 7817. — c. 8. X. (3, 35.)

TIT. XXI. DE CAPELLIS MONACHORUM.

1. Abbati et conuentui Aquinatensi[1]. Quanto sincerius diligimus monasterium uestrum et uestrae cupimus religionis augmentum, tanto sollicitius uestris uolumus prouidere profectibus et grauaminibus obuiare; ea propter, dilecti in domino filii, uestris postulationibus annuentes, auctoritate presentium districte inhibemus, ne quis pro eo, quod quandoque in grangiis uestris ponitis aliquos uestros monachos sacerdotes, qui celebrent in capellis ibidem consistentibus, curam non habentibus animarum, audeat a uobis procurationes pro ipsis grangiis extorquere.

2. Ep. Venetensi. *Ex parte tua — dicto.* (1216—27.) Po. 7819. = c. 3. X. (3, 37.)

3. Burdegalensi archiep. *Ad audientiam nostram — extendas.* (1216—27.) Po. 7820. = c. 4. X. (3, 37.)

TIT. XXII. DE IURE PATRONATUS.

1. M. quondam imperatrici Constantinopolitanae[1]. Audito per te ac alios fide dignos, quod monasterium Pacenaciense[2] Grecarum monialium tunc destructum, omnino diocesani accedente consensu, de propriis bonis reedificaueris et dotaueris, ac moniales easdem ecclesiae Romanae, cui nullam exhibebant obedientiam, feceris obedire, tuis nos supplicationibus inclinati auctoritate presentium indulgemus[3], ut super iure patronatus ipsius monasterii nemo te audeat temere molestare.

2. Illustri regi Mannae[1]. Ad hoc rex regum et dominus dominantium Iesus Christus, a quo tibi concessam temporalem debes recognoscere potestatem, ad regni te solium sublimauit, ut ecclesias et loca religiosa per tuum regnum

Lib. III. Tit. XX. 3. 1) *Sic legend.: censet Cironius (Pettau.)*; de Vitubri: *a;* can. Bituricensis dioc.: *c;* Viterbi: *d;* Vuiterbo, Vuitbec: *codd. per Ciron. coll.;* (1216—27.) *Po.* 7816. 2) possit: *de*

Tit. XXI. 1. 1) (1216—27.) *Po.* 7818.*; in e huc prior titulus extenditur et aliud capitulum legitur:* Id exspectauimus hactenus exspectantes *et infra.* Nec permittas quempiam habere plures personatus, seu parochiales ecclesias post concilium generale, quibus cura sit animarum annexa, nisi forte super hoc habeat indulgentiam sedis apostolicae specialem.

Tit. XXII. 1. 1) M.: *deest: ac: Cironius putat M. (Mariam) esse uiduam Isaaci Angeli* — (1216—27. *Po.* 7821. 2) Pacinaciense: *d;* Panac.: *e* 3) mandamus: *cd*

2. 1) Manensi: *a; scr.* XIII. *Kal. Febr. a.* VII. (1223.) *ap. Theiner. Mon. Hibern.* 21; *Po.* 6944.

existentia diligas et honores, munificentiae tuae manu[2] eis tam liberaliter quam hilariter porrigendo, et alia in eis pietatis opera exhibendo. Cum igitur, sicut nostris est auribus intimatum, quedam ecclesiae regni tui, quarum omnium es patronus, non habere terram liberam asserantur, serenitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attente, quatinus, cum indecens omnibus modis uideatur, ut ecclesiae memoratae competenti dote penitus sint expertes, ipsarum cuilibet saltem triginta passus terrae iuxta canonicas sanctiones in liberam elemosinam extra cimiterium a parte qualibet earumdem ad domos clericorum faciendas ibidem largiaris liberaliter, ut iidem[3] pro te teneantur dei misericordiam implorare, ut semper sit ubicunque ambulaueris ipse tecum suamque tibi gratiam concedat in presenti et gloriam in futuro.

TIT. XXIII. DE CONSECRATIONE ECCLESIAE VEL ALTARIS.

Un. Reuer. in Christo filiae ill. reginae Hungariae. *Cum sicut — teneris.* (1216—27.) = c. 8. X. (3, 40.)

TIT. XXIV. DE CELEBRATIONE MISSARUM.

1. Eidem. *Sane cum olim — coronae.* Archiepp. et epp. . . et ceteris eccl. prelatis per Sueciam constitutis. (1219.) Po. 6166. = c. 10. X. (3, 41.)

2. Archiepp. et epp. et uniuersis aliis ecclesiar. prelatis et clericis per Franciam constitutis. *Cum creatura — suum.* (1216—27.) Po. 7822. = c. 11. X. (3, 14.)

3. Capitulo Briuatensi[1]. Nec uestrae saluti expedit, nec honori, ut alique in ecclesia uestra consuetudines obseruentur, que canonicis obuient institutis. Accepimus autem[2] ex insinuatione dilecti filii nostri Briuatensis sacristae, quod quedam praua consuetudo in eadem ecclesia obseruatur, secundum quam in altari maiori, imagine Sancti Iuliani presente, nullus de capitulo audet[3] quantumcumque honestate prefulgeat, nisi sit de militari genere, celebrare. Cum itaque non gradus elegantior, sed uitae melioris actio preferatur, per apostolica uobis scripta mandamus, quatinus non obstante huiusmodi consuetudine, que dici potest potius corruptela, in eodem altari presente imagine supradicta ipsum sacristam et quoslibet de uestro capitulo sacerdotes, nisi hoc eis ex alia causa rationabili debeat interdici, celebrare sine contradictione aliqua permittatis.

4. Archiep. Sipontino. *Te referente — celebrare.* (1216—27.) Po. 7824. = c. 12. X. (3, 41.)

5. Archiep. Upsal. *Perniciosus ualde — patiaris.* (1200.) Po. 6441. = c. 13. X. (3, 41.)

6. Ep. Brixiensi. *Litteras tuas — priues.* (1216—27.) Po. 7825. = c. 14. X. (3, 41.)

7. Episcopo Parisiensi[1]. Non debent[2] ecclesiarum prelati, quibus religionem plantare conuenit et fouere, uiros religiosos persequi et eos[3] super his maxime, que ad diuinum cultum pertinent, obuiare. Accepimus sane conquerentibus dilectis filiis ministris ordinis fratrum Minorum Franciae, quod quidam prelatorum regionis illius occasione priuilegiorum, que se[4] habere proponunt, aliqui uero suo duntaxat arbitrio predictis fratribus inhibere presumunt, ne ubi degunt ualeant secundum nostram indulgentiam cum altari uiatico solempnia celebrare missarum, in eos et hospites suos in maiorem apostolicae sedis iniuriam et contemptum excommunicationis sententiam promulgantes, quamquam prefati fratres ab omni iure parochiali contineant manus suas. Quia uero debemus religiosas fouere personas[5], et maxime dicti ordinis fratres, qui relictis omnibus Christum sequuntur, pro eo esse pauperes et in paupertate continua uiuere eligentes, ac decet nos apostolicas indulgentias obseruare[6], fraternitati[7] tuae mandamus, quatinus auctoritate nostra inhibeas generaliter prelatis regionis eiusdem, ne de cetero sic excommunicent dictos fratres et hospites eorumdem, nec aliquo modo impediant, quominus fratres ipsi dicta indulgentia possint uti, quia non impune

Lib. III. Tit. XXII. 2. 2) manum: *ce* 3) ecclesiae: *c;* eaedem: *e*

